et aque. Et tria facit. Nā pmo agit de ornatu aeris. τ similiter de ornatu aque. seu etiaz de opere quinte diei. Secūdo eni͠ agit de ornatu terre. seu etiam de opere sexte diei. Tertio de septime diei requie. Primū facit a pn̄cipio distinctōis vsq̄ ibi (Sequit̄ dixit de⁹ dilucat) Scd͠m abinde vsq̄ ibi (Jaz de septime diei requie) Tertiū vsq̄ ad finem distinctōnis. Et tantuz in generali. In speciali autem sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus, quarum prima est hec. Deus quinto die volatilibus τ natabilibus de aqua facta aerem et aquam adornauit. Hanc magister insinuans dicit. ꝙ opus quinte diei est ornatio duorū elementorū. scz aque τ aeris per volatilia τ natalia, que de aqua tanq̄ ex materia sui sunt creata. ex quib⁹ aues scz volatilia eleuauit deus in aerem, pisces aquis ad ornatum relinquens. Secunda ꝓpositō est hec. Deus sexta die iumentis, reptilib⁹ τ bestijs terre de terra formatis terrā decorauit. Hāc magister insinuās dicit. ꝙ opere sexte diei ornata fuit terra iumentis, reptilibus τ bestijs, τ alijs consimilibus. Postea mouit duas questiones, quarum prima est An nociua animalia aut venenosa etiaz tūc a deo facta fuerunt. Et respondens dicit ꝙ ꝙ illa animalia creata fuerunt innoxia, sz homine peccante facta sunt nociua vt per ea vicia punirentur. et vt virtus ꝓbaretur. Secunda questio est hec. An minuta aialia que ex putrefactōne nascuntur, etiam tunc producta fuerunt. Et respondens dicit. ꝙ illa q̄ putrefactōne nascuntur. cum alijs animalibus ꝓducta non sunt nisi materialiter. Et subdit. ꝙ nouissimus omnium animaliuz fuit homo tanq̄ omnium dominator. Addēs ꝙ circa rerum creatōem due solennes opiniones fuerunt. quaruz prima dicit per sex dierum interualla omnia esse formata et per spiritum sanctum esse distincta. Alia dicit omnia simul esse condita et distincta. Tertia propositio est hec. Deus septimo die dicitur quieuisse et opus suum compleuisse qz vlterius nouam creaturam nō condidit que in se materialiter in suo simili non fuerit. licet tamen res productas benedixit et sanctificauit. Hanc probans querit. cur deus dicat cōsummasse opus per requiē die septimo. cum tamen cōpleuerit ipsum die sexto. Ad qđ respondens dicit deum opus suum compleuisse et sexto die et septimo. sexto quidem. quia tunc omnia perfecit. Septimo autem qz vltimū opus sanctificatōez. s. adhibuit. Vn̄ τ septia dies mistica quadā rōe sctificat⁹ cōsueuit appellari. Et tm̄ in spāli. Distin. xvi.

Is excursis que

Ista est distinctio. xvi. huius secūdi libri. In qua magister postq̄ egit de creatura pure spirituali, scz angelis et de creatura pure corporali. Incipit agere de composita ex spūali τ corpali scz de homine Et circa hoc in hac distinctōne agit de ꝓductōne hois in cōmuni. Et tria facit. Nam primo ostēdit qualiter homo sit factus. Scd͠o ad cuius imaginem sit ꝓductus. Tertio ꝙ non sit imago que omnino adequatur dei filio. Primū facit a pncipio distinctōnis vsq̄ ibi (Filius vero ꝓprie) Secundum abinde vsq̄ ibi (Quo circa homo) Tertiū vero vsq̄ ad finē distinctōnis. Et tantum in generali. In spāli sniā magistri stat in tribus ꝓpositōnibus, quarū prima est hec. Deus pat cū dixit. Faciamus hoiem ad imaginē τ similitudinē nostrā loquebat̄ filio et spūi sācto. τ nō spiritibus quibuscūq̄ creatis. Hanc mgr̄ ꝓbans querit. qualis τ quō factus sit hō. Et respondens dicit. ꝙ per v̄bū dn̄i ad imaginē et similitudinē dei sit ꝓductus scd͠m illđ Gene. pmo. Faciamus hoiem ad imaginē τ similitudinē nostrā in quibus verbis ostenditur vnitas essentie τ trinitas ꝑsonarū. τ sūt verba patris ad filium et spm̄ sanctum. τ nō ad āgelos vt q̄dā dixerūt ꝙ dei τ āgeloꝝ nō est vna et eadem imago. sed bene similitudo Scd͠a ꝓpositō est hec. Homo scd͠m aiam factus est ad imaginē. nō simpliciter vni⁹ diuine persone sed totius trinitatis. Hanc magister probans recitat duas opiniones circa intellectum predictorum verborum Gene. quaꝝ pma dicit in illo textu Gen̄. p imaginē debere solū filiū itelligi. τ nō hoiez. qz hō nō ē imago dei. sz ad imaginē dei fact⁹. sz qz huic opinioni ꝯriat̄ illud aplī. vbi dicit ꝙ vir sit imago dei τ glīa dei. quapropt̄ mgr̄ videt̄ eā reprobare. Alia opinio dic. ꝙ fili⁹ dei sit ꝓprie imago τ sľ. silitudo. τ ꝙ hō sit fact⁹ ad imaginē filij. τ silitudinem sľ. Hāc opinionē m. nō aꝓbat. eo ꝙ sctōꝝ autoritatib⁹ minime sit fulata. Postea dic mgr̄ hoiem eē fcm̄ ad imaginē ꝯ cuiq̄ singľar ꝑsō e diuie. sz to

tius trinitatis. ⁊ hoc scđm naturalia. id est scđm aiam ad similitudinē dei factus est hō quātum ad superaddita aie cuiusmodi sunt virtutes. scʒ innocentia et iustitia. que naturaliter in mente ratōnali existunt. Tertia propositio est hec. Homo qui est ymago dei ad ymaginē dei creatus nequit adequari dei filio. qui nō est ad imaginē sed solū imago est patris ratōne eterne natiuitatis. Hanc mgr̄ ꝓbans dicit ꝙ filius dei et homo dei imago sunt. sed filius solus imago et nō ad imaginē. quia nō creatus sed natus equalis patri et in nullo dissimilis. homo aūt est imago et ad imaginē. quia creatus nō genitus nō equalis. sed quadā similitudine accedēs. Et hac magister cōfirmat autoritate Beati Augu. Et sicut prius dictū est. Ut nulla imago trinitatis create est sine magna dissimilitudine imaginis increate repꝛesentatiua. ꝓpter realeʒ differentiā que inter illas imagines cōsideratur. ita etiā nec homo ad imaginē dei creatus pōt adequari filio in diuinis. qui est patris imago. ꝓpter diuersitatis distantiā inter dei filiū et hominē. Et tātuʒ in spāli. Di. xvij.

Ic de origine.

Ista est distin: xvij. huius secūdi libri In qua mgr̄ ostēsa ꝓductōne hominū in generali. Agit de ꝓductione viri in spāli. Et tria facit. Nā primo agit de ꝓductōe aīe qua ipsum viuificauit. Secūdo de paradiso in quo ipsuʒ collocauit. Tertō de ligno sciēe quo eundē non vti sibi ꝑcipiēs limitauit Primū facit a principio distinctōis vsqʒ ibi. (Solet etiā queri) Scđm vsqʒ ibi (In hoc aūt paradiso) Tertiū vero vsqʒ ad finē distinctōis. Et tm̄ in generali. In spāli aūt sententia mgr̄i stat in trib⁹ ꝓpositōibus. quarū prima est hec. Deus q̄ Ade aiam nō de diuina substātia nec de aliqua materia creauit sʒ ipsam ex nihilo creando eidē inspirauit. Hanc enī ꝓpositōem mgr̄ ꝓbans dicit. ꝙ aīe hois creatio exprimitur in Genesi qui dicit. Inspirauit in faciē eius spiraculū vite. quā quideʒ inspirauit et fecit nō faucibus corporeis. nec de sua substātia ipsam a se exflauit vt quidam heretici opinant. sed dicit inspirasse quando aiam ad modū flatus de nihilo spirital'r creauit. Sed circa hoc tūc mouet vnā questionē Utrū scʒ aīa creata sit in corpe vel extra corpus. Et respōdēs dicit. ꝙ aliqui opinati sunt ꝙ sit creata in corpe. Alij vero opinati sunt ꝙ sit creata extra corpus. Sed mgr̄ de aīa primi hominis quo ad hoc nihil determinat. sed de alijs aīabus certissime sciendū esse dicit ꝙ in corpore creent. Scđa ꝓpositō ē hec. Deus qui Adā in virili etate plasmauit eundem ab extra in paradisum collocauit. Hanc enī ꝓpositōem mgr̄ ꝓbans querit. Utrū primus homo creatus fuit in virili etate. Et respondit ꝙ sic. sed nō virtute causaꝝ inferioꝝ sed diuīa v̄tute. qꝛ multa sunt possibilia scđm causas superiores que fieri causaliter non pn̄t scđm causas inferiores. et sic virga moysi vertebat in dracone virtute diuina. nec talia fiunt contra naturā. nisi tm̄ modo nobis quib⁹ cursus nature aliter nō innotauit. Et subdit mgr̄ ꝙ hoiem vt premittit in virili etate formatū deus posuit in paradisuʒ. Qđ ideo dicit magister fuisse factū. qꝛ nō erat in eo mansurus velut cognosceret ꝙ nō esset nature eius vt in illo loco esset sed gratie. De quo sunt tres opiniones. Prima dicit paradisum esse locū corpalem p̄cise. Scđa dicit ipm esse locuʒ spūalem. Tertia que magistro placʒ ponit vtrūqʒ affirmans ꝙ spūaliter gerat typū ecclesie p̄sentis vel future. et cū ad litterā sit locus corporalis. longe a terra habitabili ꝑ homines ꝑ interpositionē maris vel lōgo terre spacio separatus. et in situs altitudine vsqʒ ad lunarē circulū ꝑtingens. Tertia ꝓpositō est hec. Adam in paradiso de fructu ligni sciēie boni et mali nō a natura sʒ ab aduentu futuro sic dicti gustādo peccauit. Hāc ꝓpositōem mgr̄ ꝓbans ꝓponit ꝙ scʒ in paradiso erant et diuersa ligna inter q̄ vnū dicebat lignū vite. ⁊ huiōi virtutē diuinit⁹ acceperat. vt de suo fructu cōmedentes ab infirmitate et morte cōseruare poterat. Aliud aūt dicebat lignū scie boni ⁊ mali. nō a natura nec ab aliqua virtute sibi a deo indita. sʒ ab aduētu. qꝛ post eius gustū hō experimentaliter cognouit differētiā inter bonū obedientie ⁊ malū inobediētie. Et subdit ꝙ esus illius ligni licitus fuit de se. sed fuit hoi interdictus. ⁊ ad ostēdendū quātū mali sit inobediētia. etiā si fiat in hijs que de se sunt licita Et tantum in speciali. Distin. xviij.

Ñ eodē quoqʒ

Ista est distinctō. xviij. huius secūdi libri. In qua mgr̄ postq̄ꝫ egit

de productōne viri. Agit de ꝑductōne mulieris. Et tria facit. Nam primo agit ꝺ formatione corporis mulieris. Secundo de materia de qua formabatur. Tertio de anima q̄ viuificabatur. Primū facit a principio distinctionis vsq̄ ibi (Sed queritur) Secundū abinde vsq̄ ibi (Quēadmodum mulierū) Tertium vsq̄ ad finem distinctōnis. Et tātum in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpōnibus. quarum prima est hec. Deus de costa Ade dormientis ī paradyso sine alicui⁹ alteri⁹ marie additiōe formauit corpus Eue. Hanc magister ponens dicit. ꝙ plātata paradyso. ⁊ Adam in ea posito ⁊ animalibus in eā ductis ⁊ noib⁹ proprijs eoꝝ ꝑ eū assigñtis: immisit de⁹ soporē in adā. ip̄o q̄ȝ dormiēte vnā de costis ei⁹ tollēs formauit eā ī mulierē. Circa quā mām determinat q̄tuor qōes. quaꝝ p̄. ē hec. Quare ds nō creauit simul feminā ⁊ viꝝ sic sil' creauit angelos. Ad qꝺ r̄ndēs asserit duplicē cāuꝫ. Una ē. vt supbia dyaboli ꝯfunderet. nā dyabol⁹ aliud a deo p̄ncipiū ēē ꝯcupierat. ⁊ iō vt ī hoc ꝯfunderet accepit hō hoc ī munere. scȝ vt vn⁹ hō ēēt p̄ncipiū oīm hoīm. Alia rō ē vt silitudo dei mag' ī hoīe maīfestaret. q̄a sic de⁹ oīb⁹ reb⁹ ē vnū p̄ncipiū creatōnis. sic vn⁹ hō ē vnū p̄ncipiū ḡnatōis oīb⁹ hoībus quod fieri nō potuisset. si eos simul creasset.

Scḋa questio ē. q̄re mulier spālit' facta ē ꝺ costa ade: ⁊ nō de aliqua alia pte corporis. Respondet. q̄z viro ñ dn̄a nec ancilla sed socia ꝑducebat'. iō nō de capite nec ꝺ pedib⁹ fuit ꝑducta. s̄ȝ de latere. vt iuxta se ponēdaꝫ eā cogñsceret quā de suo latē sumptā didicisset. Tertia qō ē. Quare pot⁹ de latere viri dormiēt' q̄ȝ vigilātis sumebat' costa ad mulieris formatōꝫ. Ad qꝺ r̄ndēs assigñt tres rōnes. Prima ē. ne vir sentiret dolorē ī coste substractōe. Scḋa vt de⁹ ī hoc oñderet suā potētiā cū hoīs dormiēt' lat⁹ apuit: ⁊ ip̄m tam̄ a saporis q̄ete nō excitaret. Tertia vt ꝑfiurio sacramētoꝝ de latere xp̄i ī cruce dormiēt' figuraret'. Quarta ē. An de sola costa sine alicui⁹ alteri⁹ mēbri additōe fuit mlr formata. Et r̄ndet ꝙ nō fuit ad ip̄m aliq̄ alia mā' addita. sed solū costa fuit mlt'iplicata diuīa virtute ad toti⁹ mulieris formatiōem. sic factū fuit de q̄nq̄ȝ panib⁹ multiplicatis ad saturationē mltoꝝ hoīm. Et subdit. ꝙ lȝ mulieruꝫ formatio facta fuit angeloꝝ misterio. nō tū ꝑpt' hoc fuit creatores cēsendi. Scḋa ꝑ. ē hec. Corpis eue de costa corpis ade organisatio nō fuit ex aliq̄ rōe seīali ī p̄ncipijs a reb⁹ inditis seu creatis. Hāc mā. ꝓbās q̄rit. Utꝝ ī illa costa erat rō seminal' ad mulieris ꝑductōeꝫ. Ad qꝺ r̄ndēs ponit drāꝫ int' cās p̄mordiales: ⁊ int' rōes seīales. Nā cause p̄mordiales ab et̄no fuert̄ ī deo. Rōes vero seīales ex tpe indite sūt creaturꝫ. ⁊ nō hn̄t se respectu oīm sic cāe p̄mordiales: s̄ȝ respectu quorūdā tm̄. Attn̄ rōes seīales possūt quodāmō dici cāe p̄mordiales: cū reb⁹ ī prima sua ꝯditōe indite sūt. Tū q̄z sunt quasi p̄ncipalia reꝝ ex ip̄is ꝑducēdaꝝ p̄ncipia. Et subdit. ꝙ quedā sunt q̄ nālit' ꝑducūt' ex rōnibus ꝯseīalib⁹. Alia vo fiunt supnaturalit'. quoꝝ cāe sūt tm̄ in deo. Ex his ꝯcludit r̄nsum ad quesitū dicēs. ꝙ cū mulierꝫ formatio nō fuit de costa nālit' s̄ȝ supnaturaliter facta. ꝯsequens ē illa costa nō fuit rō seīal' ad mulieris ꝑductōeꝫ. Tertia ꝓpō. ē hec De⁹ aīaꝫ Eue nō de aīa Ade. s̄ȝ ex nihilo infundēdo eā ꝯdidit. Hāc magister ꝓbās dic ꝙ aīam mulieris q̄dā posuerūt de aīa viri ꝓpagatā. Sed hoc ē falsū. q̄m aīa rōnal' ē ingenerabilis ⁊ incorruptibil' solū ꝑ actū diuine v̄tutis creatiuū ꝑducibil': non hn̄s aliq̄s ptes q̄ntitatiuas in q̄s poterit lacerari qꝺ tn̄ esset necēum si vna aīa eēt ab alia ꝓpagāda. quēadmodū ē de mā: q̄ si debeat ad diuersaꝝ formaꝝ susceptōeꝫ adaptari necio fit diuersas portōes diuidi' ad substandū talibus diuersis formis q̄bus ꝑ v̄tutē effectiuā ꝑducētis ꝓportionat'. Alij vo dixert̄ eā ab initio cū ceteris aīabus fore creatā. sed scḋm fidei catholice sn̄iam ip̄a sicut oēs alie rōnales creādo infundebat': ⁊ infundēdo creabatur. Uñ be. Hiero. excōicat oēs q̄ dicūt aīas extraduci. Et tantū in spāli. Dist. xix.

Olēt queri plu:

Ista ē dis. xix. h⁹ scḋi li. In q̄ mḡr postq̄ȝ egit de ꝑductōe hūane nature: agit de ip̄ius ꝯseruatōe. Et tria fac. nā p̄mo oñdit hoīem immortalē fuisse in statu innocētie. Scḋo inq̄rit an illā immortalitatē habuisset a nā. vel ex dono grē. Tertō recitat q̄d clamāt ꝺ illa imortalitate diuerse opiniones. Primū facit a pri. dist. vsq̄ȝ ibi (Solet h' q̄ri) Secūduꝫ vsq̄ȝ ibi (Sed adhuc q̄rit') Tertiū vsq̄ ad finē distin. Et tm̄ in ge

d

nerali. Inspāli sen. ma. st. in tri. p. quaꝝ p̄. ē hec. Adā ī paradyso añ statū peccati viguit nō moriēdi ptāte. Hāc pbans mgr̄ dicit. ꝙ hōīs añ peccatū erat quodāmō mortal' ⁊ immortalis, qꝛ poterat mori ⁊ poterat nō mori. Postea insinuat triplicē statū hoīs. s. ante peccatū in quo habuit posse nō mori. p⁹ peccatū in quo habuit necesse mori. ⁊ post resurrectōem in quo habuit impossibilitatē moriendi. Et subdit, ꝙ corp⁹ humanuz erat aiale egens alimētis, ⁊ iō erat mortale hñs tñ cū hoc posse nō mori. post pctm̄ factū ē mortuum ⁊ necessitatē moriēdi hñs. sed in resurrectione erit spūale: cibis nō egēs: ⁊ mori nō potēs. Scd̄a ppō ē hec. Homī imortalitas affuit in statu innocētie: nō ex cōditōne sue nature. sed ex ligni vite vsu. et ex bn̄ficio cōditoris. Hanc mgr̄ pbans querit. Utruz posse nō mori ī statu homo añ peccatuz nō habuerit ex dono gratie. vel ex ꝯditione sue nature. Ad quod r̄ndēdo dicit ꝙ non habuit hoc ex cōditōe nature sue. sed ex dono grē videlicet ex vsu ligni vite. Et pbat hoc auc. beati Aug. ⁊ ꝯfirmat hoc dicto antiquoruz dicēs ꝙ homo posse nō mori habuit ex vsu ligni vite. qd̄ patet ex hoc. qꝛ si nō fuiss; esu eius vsus peccasset, qꝛ p̄ceptū habuit vt illo vteref. ⁊ p ꝯsequēs cū mors sequaf peccatū si hō esu ligni vite vsus non fuisset: mortez subijsset. ⁊ sic posse nō mori habuit ex vsu ligni vite. Tertia ppō ē hec. Adā immortalitatē habuisse in statu innocētie doctores opinādo designāt diuersimode. Hāc ma. pbans querit. An dato ꝙ homo nō habuiss; p̄ceptū de vsu ligni vite ⁊ de alijs. an adhuc habuisset nō mori. sed semp viuere si illo ligno vsus nō fuisset. Et r̄ndēs dicit aliquos dicere. ꝙ lignū vite non fuit total' cā immortalitatis sed coadiuuās. Notādū ꝙ erat ade datū triplex p̄ceptū siue mandatū. Unūz. s. discipline. ⁊ tale datū erat p̄mo hoī in q̄tuz p̄cipiebaf sibi ꝙ nō ederet de ligno scientie. Aliud ē nature. ⁊ hoc duplex ē. s. ad ꝯseruādū naturā vlem. in hoc dictū fuit sibi. Crescite ⁊ mltiplicamī. Aliud ad ꝯseruandū naturā pticularem. s. vt comederet de ligno vite. Alij dicūt, ꝙ oīno habuit immortalitatē ex vsu ligni vite. Et subdit quasdā auc. be. Aug. quibus dicef quō alia fuit immortalitas Ade ab immortalitate beatoꝝ in eterna patria. ⁊ ꝙ immortalitas ade p vsum aliorū ciboꝝ ꝯseruata fuisset. ⁊ ad tp̄us. s. quousq; sumpsisset de ligno vite. ⁊ fieret pfecte immortalis. Quibusdā autem visum fuit. ꝙ etiaz a natura habuisset quandā immortalitatez. sed pfectā habuisset p vsum ligni vite. Magister sustinet aūt ꝙ etiā p̄mam imortalitatem ex vsu ligni vite habuisset. Et tantuz in speciali.

Dist. xx.

Ost hoc viden.

Ista ē dist. xx. huius secundi libri In qua mgr̄ postꝗ̄ egit de cōseruatione humane nature p nutrimēti sūptionē: agit de cōseruatōe eiusdē p naturale generatōem. Et tria facit. Primo eñ inquirit an hoīes in statu innocētie añ peccatū genuissent. Scd̄o quales ples pcurassent. Tertio qualiter ad statuz meliorem ptrāsissent. Primū vsq; ibi (Si vo querit) Scd̄m vsq; ibi (Tal' erat hoīs status) Tertiū vsq; ad finem dis. Et tñ in generali. In spāli sen. m. stat in tri. p. quaꝝ p̄ma ē hec. Si p̄mi parētes non peccassent generatōnis officio sine corruptu et libidine in paradyso explcto sine morte cū oīb⁹ suis simul vl' successiue ad meliorē statū trāslati fuissent. Hāc mgr̄ insinuans q̄rit qualiter p̄mi parentes filios pcreassent si nō peccassent. Et r̄ndens dic̄ quosdam opinatos fuisse ꝙ p ꝯcubitū nō genuissent, eo ꝙ cōcubitus sine corruptōe non ē. que corruptio ante peccatū esse nō potuit ī hoīe. Sed mgr̄ dicit. ꝙ scd̄m veritatē cōcubitus ibi fuisset thorus immaculat⁹. et nuptie honorabiles. ⁊ cōmixtio sine cōcupiscētia. ⁊ vsus membroꝝ genitaliū sine corruptione. imo membra genitalia fuisset homi ad vsum scd̄m voluntatē. sicut hō vtif alijs mēbris. Postea magister monet duas q̄ones. Prima est. quare non fuit generatio in paradyso facta. Et r̄ndet ꝙ hoc fuit: vel qꝛ nondū deus p̄ceperat ꝙ generarent. vel qꝛ statī post mulieris formatōem peccatū ⁊ eiectio de paradyso fuit secuta. Secūda questio ē. Qualiter parentes post generatōem ad pfectam immortalitatem ⁊ beatitudinē trāsissent. Respondit ꝙ hoc est dubiū. Nā scriptura nihil de hoc ponit. sed fieri potuisset vt p acta generatōne statim parentes anteꝗ̄ filij fuissent ad beatitudinem translati. Uel sic. ꝙ parentes et filij simul vixissent; et postea

completo numero electoꝝ simul ad beatitu
dinem fuissent transsumpti. Secūda pro
positio ē hec. Primi parentes si in statu ꝑsti
tissent innocentie filios nō solū in statura
paruulos. ac ꝑfecto vsu mēbroꝝ destitutos ⁊
alēdos genuissent, donec corpe ⁊ intellectu
ad ꝑfectum ꝑfecissent. Hanc magister ꝓbās
monet ⁊ determinat circa hoc duas qōnes
Prima est, quales filios genuissent in statu
innocentie. s. an filios magnos scḋm corp⁹
ac membrorū suoꝝ vsum habentes. sicut pri
mi parentes creati fuerunt membrorū suoꝝ
compotes loquētes ⁊ opantes sermonū ho
minū opatōnes. Ad quod rn̄dens dicit. ꝙ
oportebat nasci paruulos ꝓpter maternarū
viscerū artitudinem. Sed quia hec. August.
hanc qōnem mouēs ⁊ nihil determinās di
cit aliquos opinatos fuisse ꝙ filij nascentes
eque mēbrorū vsum ⁊ loquele vsum habu-
issent. sicut apparet in qͥbusdam animalib⁹
ꝙ stant immediate post natiuitatē ⁊ matres
sequūtur. Alijs autē placet ꝙ tūc fiant nō
in statura corpis ⁊ loquela ⁊ in alijs huiōi
ꝑ tpis momenta ꝑfecissent, quia sicut ex cō
ditōe nature in illo statu sine culpa īdigebāt ci
bo sic etiā ex ꝯditōe nature i illo statu sine cl'pa
d̄ paruul' in magnos ꝑfecissent. Secūda q̄-
stio est. Utrum in alijs hijs qui concernunt
aiam scḋ in sensu ⁊ intellectu ꝑfecissēt scḋm
cōcernentia ipm corpus. Et rn̄dens dic. su
stinēdo ipam ꝑmam opinionē supradictā.
sed ꝙ ꝑfecissent scḋm corpus. pōt etiam susti
neri secūda. s. ꝙ ꝑfecissent scḋm animā ⁊ in
his que ad aiam ꝑtinent ad augmētū acce
pissent. attamen ignorātia scientie tunc i ꝑ-
uulis non fuisset penosa sicut modo in hoi-
bus: sed tm̄ naturalis. eo ꝙ nō fuisset respe
ctu eoꝝ que scire tenerētur. qualis solum di
citur pena. Tertia ꝓpositio est hec. Ta-
lis conditōnis erat hoīs institutio ante pec
catum ꝙ obseruando diuinū ꝑceptum fuis-
set cum tota sua posteritate translatus vlti-
mate ad meliorem statū vbi meliori bono
scḋ eterno frueretur. Hanc ꝓpōem magister
sententialiter ponēs subdit rōem quare ho-
mo de illo bono tpali ad eternū transferret.
quia sicut ex duplici natura homo cōstabat
ita duplex bonū ei parauerat. Primū bonū
scḋm apl'm est tpale ⁊ visibile. quod scḋ pre-
parauit carni in paradyso. Aliud bonū est
spirituale eternū ⁊ inuisibile. s. beatitudo et
na. ad quod mediante obedientia et merito
ferendus fuit. Et tantum in spāli.

Dist. xxi.

Idēs igit' dia.

Ista est distinctio vicesimaprima
huius secundi libri. In qua ma-
gister Postꝗ͂ egit de pertinentibus ad pri-
mam hominis institutōnem. Agit de per-
tinētibus ad eius casum ⁊ destitutiōem. Et
tria facit. Primo ondit quō ꝯtingit primos
parētes ꝑuaricari. Scḋo subdit quare decu
it peccatū coꝝ remediari. Tertio aūt sbiūgit
ꝙ preceptum dei per virum ad mulierē de-
buit deriuari. Primum facit a principio di-
stinctionis vsqꝫ ibi (Et tamen quia aligna)
Secūdum vsqꝫ ibi (Illud etiam.) Terti-
um abinde vsqꝫ ad finem distinctionis. Et
tantū in generali. In speciali sententia ma
gistri stat in tribus propositōnibus. Quarū
prima est hec. Homo in paradyso a diabolo
temptatus: est diuinum preceptum preuari
catus. Hanc propositōnem magister pro-
bans dicit. ꝙ dyabolus videns ꝙ homo ꝑ
humilitatem obedientie posset ad gloriam
ascēdē celestē a qua ipse ꝑ supbiā corruerat.
iō inuidēs hoī cū temptauit ⁊ vires suas quo
dāmodo in eo expiens. sed in debiliori pte
suas. s. in mulierē quā ꝑ tēptatiōem aggres
sus ē. Uū volēs dolo supplātare ꝗ virtute ⁊
violētia supare nequibat mulieri apparuit ⁊
nō qdē in sua spē ꝓpria. ne cognosceret ap-
te. sed neqꝫ etiā in quacūqꝫ alia spē ꝑmissus
fuit apparere. sꝫ tm̄ in illa in qua eius fraus
de facili posset comprehendi. scilicet in spe-
cie serpentis per quem dyabolus quasi per
quoddam instrumentū locutus est. nec ser
pens verba intelligebat. sed mouebatur a
dyabolo. sicut asina Balaam ab angelo bo
no. quem serpentem mulier videns loquen
tem: credidit ipsū loquendi officium a deo
recepisse. Et subdit. ꝙ temptatio hoc ordi-
ne facta est ⁊ modo. ꝙ dyabolus interroga
tiue loquebatur dicens. Quare precepit de-
us ne de hoc ligno comederetis. vt ex respō
sione eius disceret qualiter in temptatione
procedere deberet. Unde cū mulier statim
dubitatiue respondit dicēs. Ne forte morte
moriamur. ipse negatiuā addit eius metū
mortis excludēdo ⁊ dixit. Nequaꝗ͂ moriemi. ⁊
ad mulieris maiorē deceptōē ꝑmiū ꝓmittēs

ei. illa que hō naturaliter appetit. s. pmo vi-
tatione ignorātie dicēs. Aperient oculi vestri
Scđo ad excellētiā dignitatꝫ: addēs. Et eri
tis sicut dij. Et ꝑspicacitatē sciē ꝯcludēs. sci
entes bonū ⁊ malū. Tēptauit q̄dē pmo ipaꝫ
de gula loquēs de cibo. Scđo de vana glā:
in ꝓmissiōe dignitatis. Tertio de auaritia: i
sciē ꝓmissione. In hac eñ triplici ꝓmissiōe
triplici genere peccati dyabolꝰ pmū hoiem
tēptauit. Subdit etiā duas esse spēs tēpta
tionis. quaꝝ vna ē exterior. ⁊ fit cū malū ab
extra visibili signo vel verbo suggerit. Alia
quidē ē interior q̄ inuisibiliter pficit ab ad-
uersario, ⁊ est duplex. Quia ꝗ qñꝗ fit ab ho
ste tm̄. ⁊ sic ē sine peccato. Aliqñ a carne, q̄
nō fit sine peccato. ⁊ qꝛ tēptatio interior dif
ficilior est q̄ exterior, ⁊ homo sola tēptatiōe
exteriori pulsatus cecidit. ideo tāto grauius
plectendꝰ erat: quāto leuiori pulsu fuerat ꝓ-
stratus. Scđa eñ ꝓpō est hec. Cōueniēs
q̄dem fuit hoiem post lapsum ꝑ aliquem re-
dēptorē reformari ⁊ nō angelū. Hanc eñ ꝓ
positionē mgr̄ ꝓbans asserit rōnes q̄re pec-
catum hominū fuit remediabile ⁊ non pec-
catū angeloꝝ. Prima eñ est. qꝛ lꝫ homo mo
dicā habuit occasionē ad peccatū. tamē q̄a
ꝑ alium seductus cecidit. ꝑ aliū reparari debu
it. Dyabolus vō quia nullo suadente pecca
uit. peccatū eiꝰ irremediabile extitit. Alia rō
est. qꝛ nō tota angelica natura puaricata fu
it. vel perierat. hūana autē tota perierat, idō
hūana nā magꝭ erat reparanda. imo etiaꝫ per
hūane nature repatōem angeloꝝ ruina erat
reparāda ⁊ restaurāda. Tertia ꝓ. est hec.
Cōgrue sunt diuina precepta ꝑ viꝝ ad pri-
mam mulierē deriuata. Hāc ꝓpōnem mgr̄
ꝓbans dicit. hic ē notandū q̄ non soli viro
datum fuit p̄ceptum de abstinētia ligni ve-
titi. Quod patet ex hoc. qꝛ mulier rñdēs dy-
abolo dixit. Precepit nobis deus. nō obstā
te q̄ etiam añ mulieris formatōem dñs vi-
ro p̄ceptum dederit. qđ ꝑ eum ad mulierez
debuit deferri. qꝛ viro subiecta debuit nō im
mediate a deo: sꝫ ꝑ mediū viri p̄ceptuꝫ diui-
nū recipe. Sicut dicit apłus ad Coꝝ. x. Si
q̄d discere voluerint mulieres dños viros su
os interrogēt. Et subdit quō vir potuit loq̄
⁊ quō mulier viꝝ loq̄ntē intelligere potu
it. Et dicit. q̄ rñderi pōt q̄ tales fuerūt a do
facti. qꝛ poterāt loqui. Et tm̄ in spāli de sen
tetia huius distinctiōis.

Dist. xxij.

Hic videtur dili.

Ista est dist. xxij. huius secūdi li.
In qua mgr̄ postq̄ egit de tēpta
tione ex pte tēptantis: agit de eodem ex pte
tēptati. Et tria facit. Nā pmo inq̄rit q̄d quì-
libet eoꝝ peccādo appetierit. Scđo q̄s eorū
grauius peccauerit: vir aut mulier. Tertio vſ
cōsensus quo peccauerūt ꝓcesserit. Primuꝫ
facit a pri. dist. vsqꝫ ibi (Ex quo manifeste)
Secundū abinde vsqꝫ ibi (Solet etiā q̄ri)
Tertiū vsqꝫ ad finē dist. Et tantū in genera
li. In speciali sentētia mgr̄i stat in tribꝰ ꝓ. q̄
rum pma est hec. Nō adam sed eua in tanta
elatōne fuit seducta vt ꝑ esum ligni vetiti se
similem fieri deo estimauit. Hāc mgr̄ ꝓbās
dicit. q̄ radix ⁊ origo primi peccati pmorū
parentum fuit. q̄ in animis eoꝝ p̄cessit que
dam p̄sumptiōis elatio ex qua dyaboli sug
gestione ꝯsenserūt: pmo mulier. ⁊ postea vir
Cōtra qđ dictū obijciens dicit. q̄ ex ipso di
cto seq̄tur hoiem nō alterius suggestiōe sed
ꝓpria supbia peccasse vt angelus. et ꝑ ꝯñs
vt angelus corruisse. cuius tm̄ ꝯrium diceba
tur in p̄cedenti dist. Ad qđ rñdet dicēdo, q̄
cū dicebat elatōem quādā in peccato pmo-
rū parentū p̄cessisse, nō ita intelligebat q̄ il
la elatio p̄cesserit suggestionem sꝫ vt opꝰ pec
cati. Nā in illo peccato iste fuit ꝓcessus ⁊ or
do. q̄ pmo p̄cessit dyaboli tēptatio. ex qua
secuta est immediate hois elatio. quā secutū
est pctm̄ opis. ⁊ vlterius pena peccati. Et sb
dit. q̄ talis elatio fuit aliter in muliere q̄ in
viro, qꝛ mulier credidit se posse hr̄e dei simili
tudinē: putās veꝝ esse qđ dyabolꝰ suadebat
vir āt n̄ credebat nec putabat veꝝ eē qđ dya
bolꝰ suadebat. aliq̄ tm̄ elatō i mēte eꝰ ꝑ tēpta
tiōe ꝯexitit. vñ vir aliter fuit seductꝰ q̄ mlier
qđ diuersis sanctoꝝ autoritatibꝰ mgr̄ cōfir-
mat. Scđa ꝓ. ē hec. Grauius eua q̄ adā
peccauit trāsgrediēdo diuinū p̄ceptū in pa-
radyso. Hāc mgr̄ ꝓbat tripl'r. Primo ex hoc
q̄ mulier verū esse credebat qđ dyabolus ei
dixit. qđ non fecit vir. vt pꝫ ex p̄dictꝭ. Scđo
ex hoc q̄ mulier elata nimis presumebat se
posse fieri equalem deo. quod non fecit vir.
sed de pnia ⁊ miscđia dei cogitans deceptꝰ
fuit in hoc q̄ estimabat peccatū esse veniale
qđ mortale fuit. Tertio ex hoc q̄ mlier pec
cauit in deum, in se, ⁊ in pximū. vir aūt solū

in deũ ⁊ in seipm. Sed contra id obijcit triplicter. Primo autoritate be. Aug. dicentis ꝙ vtriusq; erat par fastus. ⁊ ꝑ ꝯsis equalit̃ peccauerũt. Ad quod r̃ndens dicit. ꝙ lz vtriusq; erat par fastus in excusatõe peccati. q2 vir excusauit se ꝑ mulierẽ: ⁊ mulier ꝑ serpentem. in muliere tñ multo maior fastus erat quo ad tria p̃dicta. Scđo obijcit autoritate beati Augu. dicẽtis. ꝙ etiã vir voluit ẽe eq̃lis deo. Ad quod r̃ndens. ꝙ hoc aliqui opinati fuerũt qui tamẽ cũ hoc posuerunt ꝙ vir nõ tãta ãbitõe ad hoc exarsit sicut mulier. Tertio obijcit ꝯtra idem assumẽs ꝙ tribus modis peccatũ ꝯmittit̃. s. et ignorãtia. et infirmitate. ⁊ et industria. ⁊ grauius est peccatũ qđ cõmittit̃ ex infirmitate: ꝙ quod ꝯmittit̃ ex ignorãtia. ⁊ grauius qđ cõmittit̃ et industria ꝙ quod cõmittit̃ ex infirmitate. cũ ergo mulier videt̃ peccasse et ignorantia. q2 seducta fuit. adam ṽo et industria q2 non fuerat seductus scđm aplm. ergo videtur vir grauius peccasse muliere. Et r̃ndens magister dic. ꝙ lz mulier quo ad hoc ex ignorantia peccauit ꝙ ꝑ dyabolũ seducta credidit esse verũ qđ ipe suadebat. non tñ quo ad hoc ꝙ mãdatũ dei non nouerit cuius oppositũ dyabolus sibi suasit. ⁊ ideo ꝑ ignorantiam excusari non põt: cum ibi ignorantia tollat̃ vbi mãdatũ nõ ignorat̃ ⁊ peccatũ esse ꝯ ipm mãdatum agere nõ dubitat̃. Postea subdit distinctõẽ ignorantie dicens. ꝙ ignorãtia alia est vincibilis. ⁊ est eorũ que nolũt homĩes scire tamẽ ꝑñt ⁊ tenentur. ⁊ illa non excusat a peccato. sed potius peccatũ aggrauat. Alia ẽ inuincibilis. ⁊ ẽ eorũ que hoĩes volũt scire ⁊ nõ ꝑñt ⁊ illa excusat. ⁊ non ẽ peccatũ sed pena pcti. Et ista ꝯfirmat autoritate beati Augustini

Tertia ꝓpõ est hec. Malus ꝯsensus hominis naturã bonam habẽtis ꝓcessit ex proprio libero arbitrio ⁊ suggestiõe dyaboli suadentis. Hanc mgr̃ ꝓbans querit. cũ natura hoĩs esset sine vitio vnde ꝓcessit cõsensꝰ malus. Et r̃ndens dicit. ꝙ processit ex libero arbitrio volũtatis. vnđ et hoc ꝙ homo fiebat deterior hoc fuit a diabolo qui suasit. ⁊ a volũtate qua homo suadẽti ꝯsensum dedit. q2 liberũ arbitriũ lz de se fuit bonũ. de ipo tamẽ potuit ꝓcedere ꝯsensus malus. Querit etiã vtrũ volũtas illud peccatũ ꝓcesserit. Et r̃ndet. ꝙ volũtas põt dicere potẽtiam anime scz potẽtiam volitiuã. ⁊ scđm hoc volũtas peccatum ꝓcessit vel etiã malũ actũ volũtatis possumus vocare volũtatẽ. ⁊ scđm hoc volũtas peccatum non ꝓcessit. q2 ante ꝓmã malã volũtatẽ ꝓmi hoĩs alia mala volũtas hoĩs non fuit. sed ꝓma mala hoĩs volũtas ex dyaboli ꝑsuasione: ⁊ ex hoĩs libero arbitrio ꝓdidit. Et tñ in ꝯpãli.

Dist. xxiij.

Reterea queri.

Ista est distic. xxiij. In qua mgr̃ postꝙ egit de temptatõe ꝓmorũ parentũ ex ꝑte tẽptati ⁊ tẽptatoris: agit cõsequẽter de eadem ex ꝑte dei ꝑmittẽtis. Et tria facit. Nam ꝓmo inq̃rit quare deꝰ hoiem temptari ꝑmittit. Scđo de scia qua hõ illustratus fuit. Tertio an etiam hõ statũ futurũ ꝓsciuit. Primũ facit a principio dist. vsq; ibi (Et q̇dem scđm aiam) Scđm abinde vsq; ibi (Si ṽo querit̃) Tertiũ abinde vsq; ad finem distinctõis. In ꝯpãli snia magistri stat in tri. ꝓpõibus. Quarũ ꝓma ẽ hec. Deus hominẽ quẽ ꝓsciuit decipiendũ ad laudabilẽ bonũ temptari ꝑmisit. Hanc mgr̃ insinuãs querit quinq; q̃ones. Prima ẽ. cur deus hominẽ tẽptari ꝑmisit quẽ decipiendũ presciuit. Et r̃ndens ad hoc dicit. ꝙ ostendendũ humane nature dignitatem. quia dignior ẽ conditio posse tẽptari ⁊ nõ cõsentire: ꝙ nec posse temptari nec posse cõsentire. Secũda questio est. Cur deus illos homĩes creauit quos futuros malos ꝓuidit. Ad qđ respondet dicendo. ꝙ ꝓpter bonũ quod inde vẽturum nouit. Tertia questio est. Cur deꝰ nõ fecit hominẽ impeccabilẽ. Et r̃ndens dicit ꝙ ideo. ꝙ melius esset vtrãq; naturã esse. s. eã que non peccare posset sicut in sanctis angelis ꝑ grãm in gloria ꝯfirmatis. ⁊ eã q̇ peccare ⁊ nõ peccare posset si vellet. qualis fuit in hoibus ꝙ vnius modi solũ. Quarta q̃õ est Cur deus qui sola sua volũtate potuissẽ eos saluasse a ꝯsensu non saluauit eos. Et respõdens dicit. ꝙ voluit eos nature sue relinq̃re vt nec infructuose boni eẽnt. nec ipune mali Quinta questio est. Cur deus cũ sit omnipotens non cõuertit volũtates eorũ ad bonũ. Et r̃ndet. ꝙ noluit cuius nolitionis cã vlterius non ẽ querenda. Secũda ꝓpõ ẽ hec Deus mox hoiem creatũ repleuit oĩ scientia ꝑtinente ad suũ statum. Hanc ꝓpõem mgr̃ insinuans dicit. ꝙ ꝓmus homo non ĩ inter

nulla sine p successionē tpis. sed creat⁹ moꝝ sciam sibi necessariā ⁊ competentē sibi accepit. Unde triplici cognitōne pmus parens ꝑditus fuit. Primo cognitōne rerū ꝓpter se creataꝝ. quarū curam erat habiturus. vnde ⁊ eis noīa imposuisse legit. ⁊ illam reruꝫ cognitionē p spēm non ꝑdidit: sed hanc peccato ꝑpetrato retinuit. Secundo dotat⁹ fuit primus homo cognitōne sui creatoris. sed non q̄dem enigmatica: sed p quandā interiorē inspiratōnem. nō tn̄ ita clare sicut in patria. ⁊ illā p⁹ peccatū n̄ retinuit. Tertio fuit illustratus cognitiōe suiipsius sicut eum q̄d debuit supiori. q̄d alijs. q̄d sibi. ⁊ etiam post peccatū illā retinuit. Tertia ꝓpō est hec. Homo ante peccatū non p̄sciuit futurū euentū sui status. Hanc mgr̄ ꝓbās querit. Utrū primus homo habuit sciam eorū que circa ipm futura erant. i. ante p̄sciuerat quasi b oīa habuisset si ꝑstetisset. vel etiā an̄ p̄sciuerit antecꝙ lapsurus erat. Et r̄ndens dicit. ꝙ pmus homo accepat sciam coꝝ que agē ⁊ dimittēda fuerāt. al's peccatū fuisset sibi iniuste imputatū. sed non fuit sui casus p̄scius. cuius simile supdictū est de angel' corruentibus. qd̄ cōfirmat autori. be. Aug. Et tantum in speciali.

Dist. xxiiij.

Hunc diligenter

Ista est dist. xxiiij. huius scd̄i lib. In qua mgr̄ postꝙ egit de temptatione pmi hoīs p quam cecidit: agit d potētia p quam stare potuit: cuiusmodi ē liberū arbitriū. Et tria facit. Nam pmo ostēdit ꝙ primis parētibus fuit datum sufficiēs adiutoriū ad status innocētie tentionē. Scd̄o subdit ꝙ illud adiutoriū fuit liberū arbitriū. insinuās ad quā ipm ꝑtineat aīe portōem Tertio subiūgit. ꝙ nos peccātes sequimur quodāmodo pmoꝝ parentum tēptatōem Primū facit a principio disti. vsqꝫ ibi (Hic ꝯsiderandum est) Scd̄m vsqꝫ ibi (Illud q̄ non est ꝓtereundū.) Tertium vo vsqꝫ ad fi. distinc. In spāli snīa magistri stat in tribus ꝓpōibus. Quaꝝ pma ē hec. Primus homo auxilio gratie a creatiōe sibi indite potuisset absqꝫ merito cuilibet temptationi restitisse. Hāc mgr̄ probās dicit. ꝙ primus homo ex creatione habuit sibi inditū recte voluntatis auxiliū. quo resistere potuit malo licꝫ non ad meritū glorie. Et ratio ē. qꝛ si tale auxilium nō habuisset: peccatū no fuisset sibi iuste imputatū. Sed ꝯ obijcit dupl'r. Primo q̄rēdo quō tal' volūtas recta possit dici. qꝛ pm⁹ hō nec meruit nec stetit. Et r̄ndet ipam fuisse rectā p mali carētiā. ⁊ qꝛ p hoc eā ad tp̄s stare voluit. Scd̄o q̄rit sic. cū resistē malo sit meritoriū si potuit in pmo statu resistē malo. q̄ mereri potuit. Et r̄ndꝫ. ꝙ resistere malo i na corrupta meritoriū bn̄ ē. i q̄ ē aliq̄d impellēs ad maluꝫ. sed nō fuit sic in nā inteḡ in q̄ fuit auxiliū includēs rectitudinē oīm potentiarū aīe: absqꝫ quocūqꝫ impellēte ad malū. Secūda ꝓ. ē hec. Auxiliū quo hō i statu innocētie potuisset vitasse petm̄ ē liberꝝ arbitriū ꝑtinēs ad supioris portōis rōem. Hāc ma. insinuās q̄rit. q̄d sit illd̄ auxiliū quo hō potuisset i pmo statu vitasse petm̄. Et r̄ns dicit. ꝙ fuit liberꝝ arbitriū quod describens dicit. ꝙ sit facultas rōis ⁊ volūtatꝭ q̄ bonū eligit cū grā ⁊ malū sine grā: ⁊ dr̄ liberꝝ quo advolūtatē. ⁊ dr̄ arbitriū quo ad rōem. ad quam spectat potētia discernēdi. ⁊ dr̄ facltas volūtatis ⁊ rōis co ꝙ tā ad volūtatē ꝙ ad rōem spectat. Ex quo correlarie infert. ꝙ liberꝝ arbitriū sit potētia rōalis natē q̄ pōt velle bonū vl' malū: vtrūqꝫ discernēdo. ⁊ p ꝯñs bruta aīalia eo carēt. ⁊ sic tm̄ sensum ⁊ appetitū q̄ sensualitas dr̄ hēant. Et sbdit ꝙ sensualitas ⁊ rō sūt due vires aīe abinuice differētes. Nā sensualitas respicit sensus corpis ⁊ appetit⁹ coꝝ. Rō vo ē qdā vis aīe supior excedēs oē illd̄ qd̄ hēmus cōe cū brutꝭ. Cuius q̄dē rōis duplex ē portio. Una inferior q̄ dispōit tpalia. Alia supior q̄ eternis bonis cōspiciendis intēdit. Et hee due portōes non nonnūq̄ duas esse potētias asuīne. ſꝫ diuersa cē ⁊ officia vnius ⁊ eiusdē potētie. Tertia ꝓpō ē hec. Tunc mortaliter vel venialiter peccamus: dū vel in opus vel in delectatiōe culpe ꝯsensum dam⁹. Hanc mgr̄ insinuans dic. ꝙ ad instar pmi hois pmi peccati aliqñ ꝯtingit nos peccare. Un̄ sicut in pmo petō pmoꝝ parētū inueniebāt serpēs: suadēs mulieri ⁊ mulier suadēs viro. ita ⁊ in nobis sensualitas p modū serpētis suadet rōni supiori. nā rō supior ⁊ inferior hñt se sic vir ⁊ mlr. qꝛ sicut mlier pmo seducta fuit a viro sibi data i adiutoriū. ⁊ vnū cū ipo existit i carne vna ita rō inferior a supiori deducit ⁊ ei i adiutoriū vnū cū illa vna mente nā existēs. Et subdit

ꝙ motus ad peccandū q̄ solū est in sensualitate est pctm̄ veniale, sed pueniens ad rōem superiore est pctm̄ mortale cōsistēs aūt in rōe inferioris si nō diu tenet̄ etiā est veniale. Si vero in ea diu teneat̄ mortale est. Et hec oīa pbat autoritate btī Augu. Addens ꝙ rō inferior etiā q̄nq̄ƺ fuiat̄ p sensualitate qd̄ dimittit diligēti lectori perscrutandū igitur ꝛc. Et tantuƺ in speciali. Distin. xxv.

Am vero ad.

Ista est distinctō. xxv. hui⁹ secundi libri. In qua mgr̄ postꝙ egit de libero arbitrio put est in oībus in generali. Agit de eo put est in quibusdā in spāli. Et tria facit. Primo em̄ ōndit respectu quoꝝ sit liberū arbitriū. ꝛ ꝙ aliter sit in deo ꝛ aliter in hoīe ꝛ aliter in angelo. Secūdo quō differēter ad bonū vel maluƺ se hēat in viatoribus. Tertio qualiter ipsuƺ nō debilitatū sit ex peccato. Primū facit a pncipio distinctōis vsq̄ƺ ibi (Hic queri pōt) Scōm abinde vsq̄ƺ ibi. (Ex pdictis iaƺ) Tertiū vero vsq̄ƺ ad finē distinctōis. In spāli sniātētia mgr̄i stat in trib⁹ ppositōib⁹ quarū pma est hec. Liberū arbitriū qd̄ solū respectu futuroꝝ ꝯtingentiū est in viatorib⁹ aliter in deo aliter in āgelis ꝛ aliter in hoībus. Hanc mgr̄ ponēs dicit ꝙ liberuƺ arbitriū philosophi diffinientes dixerunt hoc esse liberū de voluītate iudiciū eo ꝙ libere posset moueri ad hoc vel ad illud nō anteƺ attendit̄ libertas arbitrij respectu pt̄itiuƺ aut pctōꝝ. qr̄ pt̄ita ꝛ pctā determiata sunt. nec subiacēt nostre voluītatis facultati. sed solum respectu futuroꝝ cōtingētiū q̄ soluƺ humane subsunt potestati. Et subdit ꝙ liberū arbitriuin dissimiliter est in deo nobis ꝛ āgelis beatis. Nā in deo est oīno liberū arbitriū a seruitute peccati. In angelis beatis cōfirmatū p gratiā. In nobis aūt est flexibile in bonū vel in malū. Unde scōm quadruplicē hoīs statuƺ quadruplex assignat̄ in hoīe fuisse libertas in hoīe qua potuit peccare ꝛ non peccare in statu beatitudinis seu patrie. erat in eo libertas qua nullo mō poterit peccare. In isto statu vie post peccatū āte repatōem habuit cū libertatē qua nō potuit nō peccare etiā mortaliter. In statu vero post peccatū ꝛ post reparationē āte gloriā hƺ libertatē qua nō pōt ñ peccare venaliter. Arguit̄ hō potest peccare mortaliter post peccatum ꝛ post repationē āte statū glīe, ergo illud dictū mgr̄i nō videt̄ vere esse assumēduƺ. ātecedens pbat̄: qr̄ ille pōt peccare mortaliter q̄ hƺ potētiaƺ ad opposita existentē. Sed hō in illo statu existēs hƺ ad oppositaƺ potētiā inclinatā. q̄ pōt etiā mortalit̄ peccare. maior nō est. Sed minor ptƺ ex h° ꝙ hō hƺ in illo statu potētiā rōnaleƺ. q̄ est ad opposita. Solutio satis manifesta est. ꝛ patet. ergo dimittit̄. Ex quo infert correlariū ꝙ liberū arbitriū p peccatū est vulneratum ꝛ expoliatū. vulneratuƺ quo ad naturalia. expoliatū quo ad gratuita que duo homo sine gratia nō pōt repare sicut aliquis qui seipsum occideret ille non posset p se ad vitam redire. qm̄ nō ens non pōt esse alicui⁹ reƺ pducibilis pncipiū. Sed p interfectōeƺ occisus factus est nō ens ideo p se non pōt ad vitam redire. licet tm̄ possibile sit p virtutē diuinā. alias nō em̄ sequeret̄ ꝙ ideƺ esset suipsius pncipiū pductiuū qd̄ ꝯtradictionē implicat. Subdit etiam ꝙ sit triplex libertas. Prima est a coactōne. et illa semp fuit et manet in hoībus in oīni statu. Alia est libertas a miseria ꝛ illaƺ habuit liberū arbitriū in statu innocētie et habebit ipsam in statu beatitudinis ꝛ glorie. Tertia est libertas a peccatis q̄ soluƺ est in hoībus viatoribus q̄ scōm gratiā a peccatis liberant̄. Unde infert ꝙ etiam sicut seruus iusticie est liber a peccatis, sic seruus peccati est liber a iustitia nō tñ ppter hoc seruus peccati est liber dicendus. eo ꝙ libertas a iusticia. scƺ non sit vera libertas censenda. Secunda ppositio est hec. Quāuis homo solo libero arbitrio mediāte nō possit pfecte p se in bonū. per se tamē ipso solo mediāte pōt in malum. Hāc mgr̄ pbans querit Utrū in hoīe ad bonū ꝛ ad malū faciendum sit libertas arbitrij. Ad qd̄ respōdens recitat duas opiniones ꝛ postea sniam suā ppriam. Prima opinio dicit ꝙ sola libertas arbitrij etiā nullo alio addito facit hoīeƺ liberꝝ ad bonū vel ad malū faciendum. Secūda dicit ꝙ nō sola libertas arbitrij efficiat sed mediante aliquo alio addito ita ꝙ pnitas ad peccandū addito libero arbitrio moueat, ipsum ad malū. gratia vero ipsi apposita moueat ipm ad bonū. Sed magister ponēs sniam suam dicit. ꝙ vtrūq̄ƺ sit a libero arbitrio scƺ ꝛ posse bonū. et posse in malū. ita ꝙ posse in malum habeat homo ex se posse aūt in bonū mediante gratia. sine qua nō pōt quis in bonuƺ nisi valde debiliter. Et hoc cōfirmat magister autoritate beati Augustini. Tertia ppositio

est hec. In hominibus liberū arbitriū est quodāmodo per peccatū minutum. Hanc mḡr ꝓbans dicit. ꝙ ex predictis patet. ꝙ liberū arbitriū sit in hoīe per peccatū minutū seu quodāmodo in sua libertate corruptū. qꝛ āte peccatū homo potuit sine difficultate moueri in bonū. qḋ post pctm̄ non pōt, lege mēbrorūz repugnante, eo ꝙ ꝑ pctm̄ recepit difficultatē ad bonū ⁊ incitamentūz. seu ꝓnitatem ad malum. que āte peccatū nō habebat ⁊ libertas nature. id est libertas a coactione. quā libertatē nature vocat. eo ꝙ ꝑ naturā inest ⁊ etiam cuilibet nō sufficit ad bonū ꝑficiendūz. si nō assit libertas grē. id est libertas a miseria ⁊ a peccato. ita ꝙ ꝑ liberū arbitriū null⁹ pōt velle bonūz nisi liberatus a seruitute peccati neqꝫ ꝑficere bonū nisi adiutus gratia assistē te. qḋ ꝓbat per illud apostoli. Non est volentis neqꝫ currentis sed dei miserantis qui operatur in nobis velle et ꝑficere. Et tantum in speciali. Distin. xxvi.

Ecce est grā ope.

b Ista est distinctio. xxvi. huius secūdi libri. In qua magister postꝙ egit de tēptatōe ꝑ quam homo cecidit. et de libero arbitrio ꝑ qḋ stare potuit. Incipit agere de gratia per quā stare debuit. Et tria facit. Nam primo ponit quandā gratie distīctōem. Secundo subdit ipsius gratie expressionē. Tertio subiungit ꝑtium grē mutuā cōparatōem. Primū facit vsqꝫ ibi (Itaqꝫ bona voluntas) Scdm̄ vsqꝫ ibi (Hic considerandū) Tertiū vsqꝫ ad finē distinctōis. In spāli sentētia magistri stat in tribus ꝓpositōib⁹ quarū prima est hec. Iuuat̄ volūtas hūana ad bonū ꝑficiendū. operāte ⁊ cooperāte gratia. Hanc magister insinuans ponit duplicē esse gratiā qua liberū arbitriū hoīs iuuat̄ ad bonum. quarū prima dicit̄ operans preueniens volūtatem bonā. ea em̄ liberatur et preparatur voluntas hoīs vt sit bona ⁊ vt bonū efficaciter velit. Alia est gratia cooperās q̄ ad voluntatē bonā ⁊ ꝑparatam iam sequitur adiuuando ne frustra bonum velit. sed vt bonum velit cū effectu quam sententiā magister ꝓbat autoritate beati Augustini. Deinde recitat magister errorem cuiusdam heretici dicentis hominē posse velle bonūz operari ex libero arbitrio sine grā. quem improbat autoritate apostoli dicentis. Non est volentis neqꝫ currentis sed dei miserātꝭ. Sup qḋ beatus Augu. ait. Non enim ideo deus alicuius miseret̄. qꝛ voluit et currit. sed ideo quis vult et currit qꝛ deus sui miseretur. Et subdit descriptōem voluntatis quā ponit beatus Augu. dicēs. ꝙ volūtas est animi motus nullo cogente ad aliquid non admittendū vel adipiscendū. Annectens ꝙ eandē gratiā quā ipse supra distinxit in operātem ⁊ cooperantē etiam vocamus precedentē et subsequentē. Secūda propositio est hec. Gratia operās que est fides cum dilectōe bonam voluntatēz non tempe sed natura et causaliter precedens. ab ipsa voluntate non acq̄rit̄ aliquo merito. Hanc magister ꝓbans dicit. ꝙ voluntas vt prefertur per gratiā ꝑuenientem seu operantem mota ad bonū. tūc dignior est. id est ipsa voluntas dignior ē domina id est gratiā nō preuenit sed sequi ipsam. q̄a nullū meritū voluntatis precedit gratiaz sed ipsam gratiam ordine causalitatis bene seq̄tur. que quidē gratia operās est fides cūz dilectione. Qḋ ꝓbat̄ ꝑ beatūz Augustinū. Et quib⁹ verbis manifeste exprimitur ꝙ ꝑ fidez iustificamur. Et ꝑ consequēs grā operās. id est fides ꝑuenit volūtate seu meritū volūtatis. Contra qḋ obijcit mḡr duab⁹ autoritatibus. Tertia ꝓpositō est hec. Gratia operās ⁊ cooperās vna existēs essentialiter scđz diuersos eius effectus taliter dicitur. Hanc enim propositōem magister ꝓbans querit. Utrum gratia operans ⁊ cooperans sint diuerse gratie seu vna grā diuersis vocabulis designata. Et respondens dicit. ꝙ sit vna et eadē gratia et ide donū. tm̄ propter diuersos effectus est diuersis noībus vocata. Nam in quantū liberat voluntatē a malo dicit̄ operās. inq̄ntū aūt adiuuat ad bonū vlterius faciendum dicitur cooperans. Et tantum in speciali. Distin. xxvij.

Ic videndum.

Ista est distinctō. xxvij. hui⁹ secūdi libri. In qua q̄dem distictōne magister postꝙ egit de efficatia gratie liberi arbitrij generaliter. Agit de efficatia virtutis specialiter. Et circa hoc tria facit. Nam ꝑmo tracta de virtute ostendens qualiter recte capiat̄. Scđo agit de grā ondēs. ꝙ sine ipsa nēo ꝓprie mereat̄. Tertō repellit quādā sententia que non recte circa virtutē opinatur

Primū quidē facit a principio distinctōis vsq ibi (Cū ergo ex gr̄a) Scd̄m abinde vsq ibi (Alij vero qdē) Tertiū vero vsq ad finē distinctōis. In spāli em̄ snia mḡri stat in tribus ꝓpositōibus. quarū prima est hec. Uirt9 q̄ est bona mētis qualitas cēsenda nō est actus neq mot9 animi vera dicēda. Hanc em̄ ꝓpositōez mḡr ꝓbās dicit ꝙ quedā sunt magna bona hoīm cuiusmōi sunt v̄tutes q̄bus nemo male vti pōt. Quedā aūt sunt bona minima vt bona tꝑalia, quedā aūt media vt potētie aīe. τ illis q̄dam minimis τ medijs bonis tā bene ꝙ male vti p̄nt hoīes, inter que media scd̄m be. Augu. est liberū arbitriū. cuius vsum bea. Augu. alicubi noiat opus virtutis; alicubi aūt virtutē. τ sic sibiipsi cōtrarius videt̄. Quā cōtrarietatē mḡr soluēs adducit rōem quandā qua ꝓpter ipam v̄tutē non esse actū sed magis qualitatē ꝓbat. sic arguens. Causa v̄tutis in nobis deus est. τ nos ipsi sumus cuiuslibet actus nostri. τ ꝑ consequēs vsus liberi arbitrij qui est actus noster nō est v̄tus. τ gr̄a cū sit virt9 vl' v̄tuti similis etiā nō est actus noster. Istius argumēti magister miorez supponit. maiorē aūt multipl'r ꝓbat. s. ꝙ cā virtutis in nobis sit deus. τ ꝙ virtus sit bona q̄litas mentis qua null9 male vtit̄. primo in cōi ꝑ virtutis diffinitōez quaz be. Augu. ponit dicēs ꝙ deus in nobis sine nobis opatur virtutē. que est bona mētis q̄litas qua recte viuit̄ τ qua nullus male vtit̄. Secūdo ꝓbat cā in spāli de v̄tute iusticie de qua beat9 Augu. ait. ꝙ nullus eā in hoīe efficit nisi deus. Tertio ꝓbat cā spāliter de fide quā scd̄m apl'm solus deus infundit. Et subdit ꝙ oīs motus τ effectus mētis ex libero arbitrio est. sz bon9 q̄dē ē ex gr̄a τ libero arbitrio si'r: mot9 aūt. τ effect9 mal9 ex libero arbitrio. qđ ꝓbat auctoritate be. Augu. Ex quo vna cū p̄dictis infert. ꝙ virt9 nō ē mot9 vl' affectus animi. sz qualitas aīam informās qđ de gr̄a q̄ etiā virt9 dici pōt asserit fore cēscendū. Scd̄a ꝓpositō est hec. Quāuis absq libero arbitrio mereri nō possim9 gr̄a tn̄ principale merēdi est principiū. Hāc mḡr ponens sūm'r dicit. ꝙ q̄uis nullū meritū sit in hoīe ꝙ nō sit ꝑ liberū arbitriū. p̄ncipalis tn̄ cā merendi est ipsa gr̄a gratū faciens sed nō gratis data q̄ est donū dei. qua sanat̄ τ iuuat̄ hoīs volūtas. vt sit bona τ ꝓducat bonas opationes. et sic ex gr̄a τ libero arbitrio qđ est aīe potētia ꝓcedit p̄m9 bon9 mot9 mētis. cui correspōdet p̄mū meritū hoīs. Uñ subdit ꝙ gr̄a est qua v̄tutes mereri dicitur inquantū ꝑ actus ipa meret̄. Et infert ꝙ. et ac lib9 v̄tutum boni sum9 τ iusti viuim9. τ ꝙ beat9 Aug9. in principio h9 distīctōis dicit vsuz liberi arbitrij virtutē esse. ibi sumpsit v̄tutē ꝑ actu v̄tutis. q2 alias sibiipsi ꝯtradiceret. Tertia ꝓpositio est hec. Fides τ caritas nō sunt mot9 seu affect9 mētis. sz v̄tutes mētez mouētes. Hāc mḡr ꝓbans recitat quandā opinionē quorūdā introductā ex verbis Augu. q̄bus vt supra dictū est in prima ꝓpōne videt̄ dicere Aug9. ꝙ vsus liberi arbitrij sit v̄tus τ vsus v̄tutis. τ dicit quosdā opinatos fuisse ꝙ v̄tutes essent ꝓprie actus potētiaꝝ naturaliū. nō tn̄ oēs sed tm̄modo interiores in mēte, quas licet de9 faceret nihilomin9 liberi arbitrij dicerent̄ eē. Sed actus exteriores puta q̄ ꝑ corpus gerunt̄. dixerūt eē ꝓprie act9 v̄tutū. τ nō v̄tutes. vnde dixerūt ꝙ dictū beati Augustini. quo dixit vsum liberi arbitrij esse virtutē intelligi deberet de motu siue de actu interiori. que ipsi virtutē dicebant. Quod confirmabant per hoc ꝙ idez beatus Augusti. dicit supra Johanne. ꝙ fides est credere qđ nō vides. Cū ergo credere sit motus mētis interior. videt̄ ꝙ virtus fidei sit interior mentis motus. Et similiter dicebāt de alijs virtutibus fore iudicandū. Sed mḡr illā opinionē remouens dicit beati Augu. autoritates innuentes ꝙ fides τ caritas sint motus aīme seu mentis nō esse sic intelligendas. vt sonāt sed cum dicit ꝙ fides sit credere qđ non video. hoc est ac si diceret. Fides est virtus mouens ad credēdū qđ nō vides. et sic de singul'r v̄tutib9 cōformiter ē. τ tm̄ i. Di. xxviij.

D vero incon

a Ista ē dist. xxviij. h9 secūdi li. In qua mḡr ostēsa efficiētia gr̄e in libero arbitrio. Hic agit de sufficiētia liberi arbitrij sine gr̄a. τ tria facit. Nā primo exprimit pelagianoꝝ errorē. Scd̄o subdit coꝝ obiectōes. τ obiectōnū solutōes. Tertio subiungit veritatis affirmatōem: Primū facit vsq ibi (ꝙ aūt dicūt) Scd̄m vsq ibi (Illud vo diligēter) Tertiū vero vsq ad finē distinctōnis. Et tantū in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus propositōnibus. quarum prima est hec. Et si liberū arbitriū

re vero est cum quis spondet virginitatē seruare. Hanc magister insinuans ꝓponit primo quid sit votum. Et dicit. ꝙ votum ē testificatio quedam promissionis spontanee: que de his que dei sunt proprie fieri debet. Sunt tamen aliqua stultorum vota q̄ frangenda sunt. Postea distinguit de voto ⁊ ostēdit. ꝙ votum matrimonium impedit. ⁊ dicit ꝙ votorum aliud est votū cōe. et aliud ē singulare. Cōmune est illud quod ī baptismo faciunt omnes cum spondent se renunciare dyabolo ⁊ pompis eius. Singulare est cum quis sponte promittit virginitatez vel aliud huiusmodi. Item votorum singularium aliud est priuatum: vt illud quod est factum in abscondito. Aliud solenne: vt illud quod est factum in facie ecclesie. Priuatum autem votum si violetur peccatum mortale est. Si autem solenne violetur: peccatum mortale ⁊ scandalum est. Secunda propositio est hec. Omne quod licite promittimus debemus seruare totum: siue sit priuatum siue solenne votum. Hanc magister insinuans dicit. ꝙ qui priuatum votum continentie faciunt: matrimonium contrahere nō debent. quia contrahendo mortalit̄ peccāt. Si autem cōtrahunt: non separantur. quia probari non potest quod occulte actum est. Qui autem solenniter vouent: nullatenus inire queunt. Continentiam igitur vouētes siue sint virgines. siue vidue. siue velate. siue non velate: cōiugium nullatenus sortiri possunt. quia quod ante fuit licitum: p⁹ votum fit illicitum. quod autoritatibus cōfirmat. Postea dicit. ꝙ isti qui continentiaz solenniter vouerūt: si aliquo tempe contrahūt debent ab ingressu ecclesie ⁊ a cetu fidelium separari: donec humiliter satisfaciant: ⁊ ad bonum quod ceperant siue inuite siue volūtarie redeant. quod autoritatibus probat. Obijcit tamen in contrarium ꝑ Innocentij autoritatem. qui dicit illos qui primo spiritualiter nubent si postea publice nupserunt non solum ad cōiugium: sed nec ad penitentiam recipiendos esse: nisi quibus se commiscerunt de mundo recedant. Et respondz magister. ꝙ intelligenda est autoritas Innocētij de illis qui ab incestus copula desistere nolunt; q̄ non sunt ad penitentiam admittendi. tamen qui digne penitentiam agere volunt: a penitentia non excludūtur. ⁊ talibus ab illicitis complexibus recedentibus illi quibus se cōmixerīt defuncti sunt. Postea dicit. ꝙ quando vir ⁊ mulier legittie sūt coniuncti: non potest alter altero viuēte ad aliam copulam transire. Alioquin adulterium cōmittit quod est grauissimū peccatum. lz grauius incestus ⁊ adhuc amplius vitiuz contra naturam. quod autoritatib⁹ probat. Ex predictis infero. ꝙ tn̄ illud votuz quod ꝑ susceptiōnem sacri ordinis ⁊ ꝓfessionez est solennizatum; dirimit matrimoniuz contractum et nullum aliud quātūcūqz etiaz sit publicatum. Tertia propositio est hec. Uiri redeuntes ex longa captiuitate quos femine putabant fore mortuos; p̄nt vxores suas repetere ex iuris potestate. Hāc magister insinuans querit de illis feminis que putātes viros suos interfectos in captiuitate vl' nūq̄ liberandos ad aliorum cōiugia transierīt si illi qui putabantur perisse rauerterint. Utrum eis reddi debeant. et an ipe sunt ree adulterij. Et respondet. ꝙ prima copula legittima erat. que tamen sic cōiungitur per ignorantiam: habent aliquam excusatōem de peccato. sed tn̄ non caruerunt obprobrio male volūtatis. Exigit ergo iusticia vt viris reuersis vxores reformentur. que si hoc voluerint: laudande sunt. Si autem ad legittimū consortium redire noluerint: sed cuz posterioribus viris remanere merito sunt excōmunicande: et ecclesiastica cōmunione priuande ꝙ de re excusabili ꝯtaminatōem elegerunt criminis. et hoc autoritate cōfirmat. Ultimo querit de isto qui vxore sua relicta in patria sua abit in longinquam regionem ⁊ ibi aliā ducit. penitentia ductus vult eam dimittere asserens se habuisse aliam q̄ viuit. nec ecclesia pmittat: que quod ille asserit ignorat. Queritur vtrum in hac copula sit cōiugium. Et respondet. ꝙ non. tamen mulier propter ignorantiam a crimine excusatur. Uir autem commisit adulterium. sed ex quo vult ad primam redire nec potest cogitur iudicio ecclesie hanc tenere. et tunc per obedientiam et timorē incipit excusari. Unde reddere debet ei debet ei debitum: sz nūq̄ debet ab ea exigere seu poscere. Et tantuz in speciali.

Dist. xxxix.

Post hec vero.

Superius magister determinauit de impedimentis matrimonij que faciunt personam simpliciter illegittimam. Hic determinat de impedimento quod facit eam illegitimam respectu alterius persone. Et tria facit. Primo enim ostendit, quod dispar cultus personas illegittimas fac. ad contrahendum. Secundo declarat vtrum duorum infidelium matrimonialiter coniunctorum, vnus ad fidem conuersus posset relinquere non conuersum. Tertio quomodo duorum infidelium non possit esse verum matrimonium. Prima pars vsque ibi (Huic autem videtur obuiare) Secunda vsque ibi (Sunt tamen nonnulli) Tertia vero vsque ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus. Quarum prima est hec. Diuerse religionis persone ad contrahendum simul matrimonialiter sunt illegittime. Hanc magister ponens proponit primo, quod matrimonium contrahi non potest ab his qui sunt diuerse religionis. Dispar enim cultus facit personas illegittimas ad contrahendum, quod pluribus autoritatibus probat. Postea obijcit in contrarium per apostolum qui dicit. quod si quis habet vxorem infidelem, et hec consentit habitare cum isto: non dimittet illam. Et similiter dicit de muliere. Et respondet, quod quia illud dictum est scilicet quod qui sunt dispares in cultu: contrahere non possunt: intelligendum est de illis qui existunt in dispari religione, cultu, seu fide. qui scilicet sic manentes contrahere non possunt. Quod apostolus ait intelligendum est de illis qui vnius infidelitatis fuerunt quando coniuncti sunt postmodum vnus sine altero ad fidem conuersus est. quando enim sic est. si infidelis cum fideli cohabitare consentit: tunc suadet apostolus fideli vt eam non dimittat. quoniam forte per fidelem saluanda est. Potest tamen licite fidelis infidelem dimittere. etiam cohabitare volentem. quia ipsa infidelitas est quedam fornicatio spiritualis propter quam potest vxor dimitti. sicut propter fornicationem corporalem. que omnia autoritatibus probat. Ex hijs infert secundam propositionem que est. Fidelis vir potest licite infidelem vxorem dimittere et econuerso, patet ex premissis. Postea querit. Utrum propter aliud vitium quam propter infidelitatem possit dimitti. Et respondet. quod vir sine crimine non potest vxorem dimittere: et econuerso vxor virum propter quasdam concupiscentias que aberrare faciunt animam a lege dei: et non solum propter infidelitatem quod autoritatibus probat. Postea querit si fidelis infidelem dimittat, vel infidelis a fideli recedat: vtrum liceat fideli aliquam ducere. Et arguit per autoritates ad vtranque partem et contrarietates dissoluens dicit, quod si fidelis dimittat infidelem volentem secum cohabitare sine contumelia saluatoris non potest alteram ducere ea viuente. si vero infidelis discedat et dimittit fidelem volentem secum habitare non tenetur sequi discedentem: sed licet ei alteram ducere. hoc autem intelligendum est de illis qui infidelitati coniuncti sunt. Sed si vterque ad fidelitatem conuersus est, vel si vterque fidelis existens matrimonio coniunctus: et postea alter illorum a fidelitate discesserit et fidelem dereliquit. non debet dimissus discedentem infidelem sequi. tamen illa viuente: non potest aliam ducere quia inter eos fuit coniugium ratum: quod dissolui non potest. Tertia propositio est hec. Coniugium infidelium minime est ratum: patet ex hoc quod omnis eorum actio verissime est peccatum. Hanc magister insinuans dicit inter fideles non esse coniugia. quia eorum copula non est rata: cum solui possit, neque eorum coniugia esse legittima: cum non sint ex fide. Omne autem quod non ex fide est peccatum est: secundum apostolum. Hoc idem etiam ostendit per Augustinum. Magister autem dicit, quod inter fideles est legittimum matrimonium. quia est inter legittimas personas. sed non est ratum. quia non est cum fide. quod per autoritates probat. Coniugium autem fidelium est legittimum et ratum si legittime sint persone. Et soluit dicendo ad autoritatem beati Augustini. Coniugium autem infidelium verum est. sed non habet illud triplex bonum quod excusat coitum nec meretur premium. Exponit etiam illud apostoli. Omne quod non ex fide est peccatum est. Et tantum in speciali de sententia huius distinctionis.

Dist. xl.

Hunc superest

Superius magister determinauit de impedimentis matrimonij disparis cultus: quod reddit personam illegitimam ad contrahendum respectu alicuius persone propter distantiam ad ipsam. Hic determinat de impedimentis matrimonij que faciunt personam illegitimã ad cōtrahendum respectu alicuius persone propter propinquitatem ad ipsam. Et tota sententia magistri versatur in hac distinctione circa hoc. scilicet ꝙ cognatio carnalis et spiritualis matrimonium impediunt. Sententia in hac distinctiōne stat in ista propositione. Cognatio quedam dicitur carnalis. quedam vero spiritualis. et infra quartum gradum non possunt cognati inire matrimonium. vt dicit decretalis. Hanc magister insinuans proponit primo de cognatiōne et affinitate esse dicendum. De quibus duabus subdit. ꝙ cognati et affines in septimo gradu et infra copulari non debent. quod ꝑ auctoritates probat. Postea dicit. ꝙ grad9 consanguinitatis a diuersis diuersimode computantur. Quidam enim vt Isidorus computat sex gradus. Ipsum enim consanguinitatis truncum inter gradus non computat quia inter patrem et filium negant esse consanguinitatis gradus: cū quasi sint vna caro. Si ergo supposito filio et filia: fratre et sorore quasi trunco. in primo nepos et neptis. in secundo pronepos et proneptis. in tertio abnepos et abneptis. in quarto adnepos et adneptis. in quinto trinepos et trineptis. In septimo trinepotis nepos et trineptis neptis. Alij vero qui patrem in primo gradu ponunt. inter patrem quidem et filium ponunt esse cognationis gradum. Et hi septem gradus cōputant. Et quāuis varij in numero graduum inueniantur: nulla tamen existit diuersitas quātum ad terminum: sed tantum quātum ad initium. Postea magister assignat huius computationis graduum ratōnem. Ultimo opponit in cōtrarium per Gregorium: qui scribens Augustino Anglicorum episcopo. a quo requisitus fuerat quota generatione deberent cōnubia fieri. dicit ꝙ possunt licite fieri ī quarta et quinta generatione. Sed ad hoc respōdet ipsum dictum Gregorij: qui dicit se hoc non generaliter dixisse: sed specialiter concessisse genti Anglicorum: que nuper ad fidem venerunt: ne a bono quod inceperant: metuendo austeriora recedant. Quibus tamen postea in fide solidatis dicit hoc non licere: imo si infra consanguinitatis lineā propriam aut affinitatis lineam propriam septimam scilicet generationem inuenti fuerint copulati: separantur. His dictis magistri addo ex dictis doctorum aliorum: ꝙ magistri sententia de gradibus consanguinitatis dudum habita per summū pontificem ē remota. Et tantum in spāli.

Dist. xli.

Hunc de affini.

Superius magister determinauit de impedimento consanguinitatis. Hic determinat de impedimento affinitatis. Et tria facit. Primo enim ostēdit ꝙ affinitas matrimonium impedit contrahendum: et contractum dissoluit. Secundo quedam vitia distinguit. Tertio nomina affinitatum adiungit. Primum facit vsqꝫ ibi. (Hic dicendum est.) Secundum vsqꝫ ibi. (Attendendum est etiam illud Alexandri) Tertium vero vsqꝫ ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus. Quarum prima est hec. Qui infra affinitatis gradum prohibitum coniunguntur: habita noticia ab inuicem separantur. et tamen eorum filij legittime habeantur. Hanc magister insinuans proponit primo quid sit affinitas dicens. ꝙ est parentela que ad virum ex parte vxoris: et ad vxorem ex parte viri pertinet. quia enim vir et vxor vna sunt caro ratōnabiliter: propinquitas et parentela vnius efficitur alterius vt sit vna vtriusqꝫ. Unde vir et soror vxoris sunt in primo gradu. filij vero sororis sunt in secundo gradu a viro. neptis vero in tertio gradu. et sic deinceps. Dicit enim. ꝙ affinitas vsqꝫ ad septimum generationis matrimonium impedit. Sic et consanguinitas quod autoritatibus probat. Postea obijcit

in contrarium per autoritates que dicunt. ꝙ inter affines potest coniugium contrahi in quarta et quinta generatione. Et respondet ꝙ autoritates sunt intelligende scdm misericordie dispensatiōem. potest tamen etiam dispensari in copula affinium vsqꝫ ad tertium gradum. sicut etiam Gregorius dispensauit in quarto gradu ꝯsanguinitatis. Postea querit vtrum affinitas maneat: quãuis transeat matrimonium. vt si mulier alicui viro copulata ad cognatōnem eius pertineat: vtrum eo defuncto matrimonium maneat vel dissoluatur. Et determinat per plures autoritates ꝙ maneat affinitas matrimonio transeunte. que affinitas impedit matrimonium ad predeterminatos gradus ac si matrimoniū pmaneret. Postea dicit. ꝙ coniunctos infra predictos gradus consanguinitatis vel affinitatis ecclesia separat. Querit etiam: si ignoranter in conspectu ecclesie coniunguntur: ⁊ postmodum consanguinitate probata eiusdem iudicio ecclesie separantur: vtrum illa copula fuit coniugium. Et respondet. ꝙ quidam dicunt. ꝙ nō erãt persone legittime. ideo non fuit coniugium Excusatur tamen per ignorantiam a crimine. quia bona fide et per manum ecclesie cōuenerunt. Unde et filij eorum legittimi habentur. Alij vero dicunt fuisse coniugium: quãuis non fuerint persone legittime. quia canones tales coniunctōnes legittimas vocant. Addit etiam quorum testimonio hec coniunctio sit dirimenda. Et dicit. ꝙ p tres vel duos ex propinquioribus qui iuramento confirmant hoc verum esse quod dicunt. vel si progenies tota deficeret per antiquiores quibus tota propinquitas nota sit assertum fuerit ꝙ affines sint: non sine mora separandi sunt. quod autoritatibus probat.

Secunda propositio est hec. Que sit differentia inter stuprum. adulterium. incestū ⁊ et fornicationem: hec littera dat sufficientem explanationem. Hanc insinuans distinguit diuersa peccata. scilicet fornicationem. stuprum. adulterium. incestum. et raptum dicens. ꝙ quãuis fornicatio sit genus omnis illiciti coitus qui fit extra vxorem. Tamen specialiter intelligenda est abusus viduarū: vel meretricum. vel concubinarum. Stuprum vero est virginum illicita defloratio. Adulterium est aliena thori violatio. Incestus vero est consanguinearum vel affinium abusus. Raptus vero est: cum puella violenter a domo patris educitur vt corrupta in vxorem habeatur. Tertia propositio est hec. Ut cautius fiant coniugia: ponit magister quedam affinitatum nomina: que insinuans dicit. ꝙ frater vxoris et soror eius dicūtur cognati viri propter nominum carentiam. Uxor vero fratris dicitur potius fratrissa ꝙ cognata. Frater vero mariti dicitur leuir. Uxores vero duorum fratrum ianitrices vocantur quasi eandem ianuam intrantes. Soror vero viri vocatur glos. Uir autem sororis non habet speciale nomen. nec sororis frater. Et dicitur notanter: queda in affinitatum nomina. quoniam nomina singularum affinitatum non sunt imposita. propter occultas rerum proprietates nos latentes. sed circumloquuntur alijs nominibus ideo necesse est vnum nomen plura significare. vt inquit Philosophus. Et tantum in speciali de sententia huius distinctōnis.

Dist. xlij.

E parentaliuz:

Superius magister egit de impedimento propinquitatis carnalis. Hic autem agit de impedimento propinquitatis spiritualis. Et quatuor circa hoc facit. Primo enim ostendit quomodo consanguinitas ⁊ affinitas etiam cognatio spiritualis impediunt matrimonium. Secundo quomodo ex baptismo et confirmatōne cognatio quedam contrahitur: propt quod matrimonium iuste dissoluitur. Tertio quomodo vir et vxor licite de baptismo puerum simul leuare non possunt. Quarto quomodo tertie vl quarte nuptie nec probibite nec damnabiles existunt. Primum facit a principio distinctionis vsqꝫ ibi (Spirituales filij sunt.) Secundū abinde vsqꝫ ibi (Solet etiam queri) Tertium vsqꝫ ibi (Sciendum etiam) Quartum vsqꝫ ad finem distinctionis. In speciali snīa magistri stat in quatuor ppōnibus. quarum pma est hec. Matrimonium impediūt ꝯsanguinitas ⁊ affinitas. ⁊ etiam spūalis germanitas. Hāc ingr insinuās, ppont pmo pº pdicta dicēdū ee

de cognatōne spirituali que etiam reddit personas illegittimas ad contrahendum. Distinguit autem tria que ꝓpinquitatem dicunt ⁊ matrimonium impediunt. scꝫ consanguinitatem ⁊ affinitatem. ⁊ spiritualem propinquitatem. Et dicit. consanguinitas est inter eos qui iunguntur scōm lineam generis. Affines autem sunt qui non generatōne sunt cōiuncti: sed mediante coniunctōne carnali sūt sociati. Sed spiritualis propinquitas dicitur illa que est inter compatrem pueri carnalē: ⁊ cōmatrem spiritualem. ⁊ inter illos quorum vnum alterum de sacro fonte leuauit. aut in cathezizatōne vel in confirmatōne tenuit. ⁊ inter filios eiusdem hominis carnales ⁊ spirituales. Secunda propositio est hec. Duntaxat ex duobus sacramentis. scilicet baptismo ⁊ confirmatōne spiritualis cognatio oritur et qua matrimonij contractus dissoluitur. Hanc magister insinuans dicit. ꝙ spirituales filij sunt quos de sacro fonte leuam⁹ vel quos in confirmatiōe tenemus. Dicitur filius vel filia spiritualis ipsius sacerdotis: qui vel que ei sua peccata confitetur vł quā baptisat. quod autoritatibus probat. Postea dicit. ꝙ mater ⁊ pater sibi ī matrimonio coniungi non possunt. vt pater spiritualis filie spirituali. nec mater spiritualis filio spirituali. ⁊ si factum fuerit: debent separari. Si autem post legittimū matrimonium contractum alter cōiugum insidiose. scilicet vt ab alio separetur filiū de sacro fonte leuauerit. aut in confirmatione tenuerit: non propter hoc sunt sepandi. qui autē hoc fecit: pnīa castigandus est. Obijcit tamen cōtra hoc magister per quasdam autoritates que expresse dicunt eos qui de lauachro natos susceperīt separandos esse. Magister autem soluit illa dicta esse ad terrorem vt sine opere tenerent: non autem ꝙ ita sit faciendum. Vel ille autoritates loquuntur de illis qui prius ꝙ̄ coniuges fierent filios suos vel virorum de fonte sacro susceperunt. Postea dicit. ꝙ filij spirituales vel adoptiui alicuius naturalibus filijs non possunt coniungi in matrimonio. quod autoritatibus probat. Quidam tamen volunt tantum intelligere de illis filijs quibus compatres facti sunt. De illis vero qui ante compaternitatem vel post geniti sunt concedunt. ꝙ licite et legitime coniungi possint. Et pro his facit autoritas Urbani pape. Quedam tamen autoritas dicit etiam post compaternitatem genitos copulare non posse. Postea querit. Utrum quis commatrem vxoris sue post eius obitum in vxorem ducere possit. Et respondet ꝙ non. quod autoritatibus cōfirmat. Obijcit tamen contra hoc per quasdam autoritates quarum dat intelligentiam. Tertia propositio est hec. Vir ⁊ mulier vxor eius non possunt licite puerum de baptismo suscipere. Hanc insinuans querit. Si vxor simul cū viro debeat in baptismo puerum suscipere. Et respondet per autoritatem Urbani pape ꝙ non. Quarta propositio est hec. Tertie ⁊ quarte. ⁊ quinte nuptie non sunt dānande. tamen prime sunt solenniter venerande. Hanc enim propositionem magister insinuans dicit. ꝙ̄ non soluꝫ prime nuptie sunt licite: sed etiam secunde nuptie et tertie: quarte et quinte dānande non sunt. Quod etiam autoritatibus probat. Cū autem apostolus bigamos a sacerdotali honore excludit. hoc non facit pro tanto vitio bigamie. sed pro sacramenti signaculo: quod ibi non seruatur. Unde etiam prime nuptie sub benedictōne celebrantur. Et tantum in speciali ⁊c.

Dist. xliij.

Ostremo de cō.

Post ꝙ̄ magister superius egit de sacramentis. Hic agit de resurrectione et gloria resurgentium: ad quam sacramenta perducunt. et etiam per oppositū de reproborum pena. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit resurrectōnis veritatem et eius tempus. Secundo subdit sanctos habere memoriam eorū que scilicet hic sustinuerunt. Tertio annectit electorū peccata non publicari que hic confessi fuerunt. Primum facit a principio distinctionis vsq ibi (Hic queritur vtrū electis) Secundū vsq ibi (Si vero querit.) Tertium vsq ad finem distinctōnis. In speciali sentētia ma. stat in tribus ꝓpōnibus. quarū prima ē hec. Iuxta fidē orthodoxā ⁊ purā debem⁹ credē oēꝫ carnē resurrecturā eē. Hāc mgr insinuās ꝓponit p̄io resurrectōem futurā eē ⁊ fideles q̄ i xp̄o dormierūt resurgē. qd̄ autoritate ⁊

postoli probat. Postea dicit ꝙ causa resurrectiõis est vox tube. cuius virtute excitabunt mortui. que quidem vox dicitur tuba. qꝛ est omnibus manifesta. dicitur aũt, nouissima qꝛ post eam non est alia. que quidem vox alibi clamor et alibi vox filij dei appellatur. Uox autem illa erit xpi vel vnius vel plurimorũ angelorũ. Postea ostẽdit resurrectõis tempus occultum esse ⁊ ignotũ. ꝓpter qd̄ medie nocti cõparatur cum dicitur, sponsus media nocte venturus. Secũda ꝓpositio est hec. Et si sancti ꝑmox malorũ memoriã habeãt hoc tamen nõ erit eis ad glorie derogatõem. sed magis ad cõgaudiũ ⁊ gratiarũ actõem. Hãc magister insinuans querit vtrũ electi habeãt memoriã precedentiũ malorũ. Et respondet ꝙ habeant malorũ ꝓteritorũ memoriam. ex quo tamẽ in nullo contristabunt. nec eis erit ad penã vel glorie minoratõem vel derogatõem sed gratiarũ actionẽ. Tertia ꝓpositõ est hec. Electorũ peccata ꝑ penitẽtiã h̄ deleta ibi non erunt alijs manifesta. Hanc mgr̄ insinuãs subdit. ꝙ etiã illo modo pctã tegũtur que hic per penitentiã sunt deleta. ita ꝙ nullis manifestabunt. Alia vero cunctis ꝑpalabunt. Postea dicit sibi incertũ esse vtrũ aliqui sine morte ad iudiciũ ꝑueniant. sicut videtur dicere Hiero. de illis qui in aduentu viui rapient xp̄o obuiã. Uel vtrũ illi q̄ viui rapiuntur subito moriant ⁊ sic ad resurrectõe transeãnt: qd̄ magis videt velle apl's. Ultio dicit licet omnes resurgant incorrupti. i. cum membrorũ integritate. non tamen omnes resurgunt impassibiles in gl̄ia. Et tantum in speciali.

Di. xliij

Olẽt aũt nõnul.

Postꝗ̄ mgr̄ determinauit de veritate resurrectõis ⁊ eius cõditõnibus. Hic determinat de conditõne resurgentiũ. Et duo facit. Primo inuestigat qua etate resurgent. Scd̄o quõ omnes resurgent in perfecta omnium membrorum integritate. Primum vsq3 ibi (Nõ eñi preerit) Scd̄m vsq3 ad finẽ distinctõis. In spãli sententia magistri stat in duabus ꝓpositionibus quarũ ꝑma est hec. Absq3 vlla ambiguitate omẽs homĩes resurgent in perfecta etate qua xp̄s resurrexit sed nõ in eadem statura. Hanc magister insinuans dicit ꝙ omnes homĩes resurgent in etate qua xp̄us resurrexit. sed non in statura xp̄i. sed quilibet in statura sua resurget. quam prius habuit in iuuenili etate. Uel quã si ante obijt habiturus erat circa. xxx. annũ. Secunda ꝓpositio est hec. Et si generaliter omẽs resurgent cum omni membrorum integritate. spãliter tamen electi absq3 vllo vicio resurgent ⁊ deformitate. Hanc magister ponens dicit ꝙ omẽs homĩes cum membrorum integritate resurgent in qd̄ cunq3 eñi elementũ transeat materia corp̄is humani. illi corpori reddere vbi pri⁹ fuit animata. ita tamen ꝙ nõ tota materia reddet illi p̄ti. sed tota toti corpori reddetur ordinata sine omni incidentia. Sicut eñi statua alicu⁹ sobulis metalli igne liquesceret vel cõteretur in puluerẽ. vel confunderetur in massam. ⁊ eã vellet artifex rursum ex illius materia ⁊ q̄titate reparare nihil interesset ad eius integritatem que materie particula redderetur illi vel illi mẽbro statue dũ tamen totum et quo cõstituta fuerat restituta resumeret. sic in resurrectõne nihil interest que pars materie ex qua corpus cõstiterat ad ꝑticulã corp̄is redeat. ex quo nihil de materia peribit sed tota materia toti corpori sine vlla indecentia reddet. Ultimo gloriam corporum resurgentium ponit. s. ꝙ corpora sanctorum resurgent sine vlla corruptione. qꝛ incorruptibilia ⁊ impassibilia sine vlla oneris difficultate. quia erunt subtilia ⁊ agibilia. Et addit magister sine vicio ⁊ difformitate: quia erunt sicut sol fulgida sine vlla corruptõne ⁊c̄. Et addit magister ꝙ damnati etiam cum membris suis resurgent incorrupti ⁊ cum integritate membrorum. Utrum autem resurgent cum difformitatibus quas prius habuerunt Augusti. non vult determinare. non eñi scd̄m ipm̄ debet animos fatigare incerta eorum habitudo seu pulcritudo quorum est certa ⁊ eterna damnatio. Ultimo querit vtrum abortiui fetus ⁊ monstra resurgent. Et respondet dicens de abortiuis ꝙ si aliquando vixerunt resurgent. alioquin non. de monstrio etiam dicit ꝙ resurgent sed non monstra: quia mõstra cetus ⁊ abortiui resurgent absq3 deformitate ⁊ monstruositate. Et tantum in speciali.

Distin. xlv.

Reterea sciendū.

Postq̄ ostensum est de hijs que ad resurrectõem pertinent. Hic determinat de hijs que pertinent ad resurgentium remunerationez et punitõem. Et circa doctrina facit. Primo enim ostendit quomõ anime q̄cito a corporalibus separantur habitaculis iuxta sua merita vel demerita reddãtur. Secundo quomodo defunctis exeqiie viuorum pro eis facte suffragant. Tertio inquit vtrum beati in patria pro nobis deprecent. Primū facit vsqz ibi (De suffragijs defunctoꝝ) Scðz vsqz ibi (Sz forte q̄ris) Tertium vsqz ad finem distinctiõis. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositõibus. quarum prima est hec. Quam cito anime in morte a suis corporibus separantur mox pro modo suorū meritorū diuersis habitaculis reddētur. Hac magister ponens dicit ꝙ anime defunctorum iuxta sua merita diuersis habitaculis reddētur vsqz ad diem iudicij. Post iudicium vero earum penalis gloria augebitur. qð auctoritate. b. Aug⁹. ꝓbat. Unde infero ꝙ sicut facta resurrectione pena malorum augetur. ita gloria seu beatorum gaudium plus perficietur.

Secunda ꝓpositio est hec. Illi de orationibus et elemosinis ecclesie illic hunc perfectum recipiunt qui hic talia vt eis ꝓfecerint meruerunt. Hanc magister insinuans dicit mortuos viuorū suffragijs iuuari si tamen hoc meruerūt dū viuerent. Postea subdit ꝙ ista que hic pro defunctis frequentat ecclesia mediocriter malis suffragantur ad pene mitigationem. et mediocriter bonis ad pene absolutionem. Et facta ꝓ valde bonis q suffragijs nō indigent sunt graciarū actões et facta ꝓ summe malis qui iuuari non possunt q̄uis non sunt eis adiumenta sunt tamē ad viuentez consolatõem. qð auctoritate be. Augu. cõfirmat. Postea dicit ꝙ pompe que fiunt in obsequijs sunt ad viuorū solacium non ad mortuorum suffragium laudabile tamen est circa mortuorū sepulturam curam impendere. Postea mouet questionem de diuite et paupere quorū vterqz cum sit mediocriter bonus suffragijs indiget et ambo pariter post mortem meruerunt iuuari. et pro diuite fiunt multa suffragia generalia et spālia. pro paupere vero tantum generalia. vtrum iuuetur pauper paucioribus suffragijs quantum diues amplioribus. Et videtur ꝙ sic eo ꝙ vterqz meruit iuuari et equaliter boni fuerunt. Contrarium autē videtur q2 alias nihil conferrent specialia suffragia diuiti pro eo facta. Et respõdet magister ꝙ tantum valent pauperi sola generalia suffragia quantum diuiti generalia et specialia suffragia. et tamen posuerunt specialia suffragia diuiti non ad aliud vl' ad maius aliquid sed ad idem ad qð generalia vt ex pluribus causis vnum partiapetur emolumentum. Uel potest dici illa plura suffragia diuiti contulisse celeriorem absolutõem nō pleniorem. Postea querit de illo qui suffragijs indiget et moriatur in ipsa cõsummatõne seculi quando vlterius suffragia impendi non poterunt. Utrum talis saluabitur. Et respondet ꝙ talis per ignem tunc futurum et ꝑ orationes celestis ecclesie saluabitur.

Tertia ꝓpositio est hec. Angeli oratiões nostras deo offerunt. et ea que hic apud nos agūtur recognoscunt. Hanc magister insinuans querit. vtrum sancti preces nostras et vota sibi porrecta audiant et sciāt. Et respondet ꝙ angeli et sancti diuinam faciem videntes ea q̄ apud nos geruntur cognoscunt quantum ad eorum gaudium pertinet et nostrum auxilium. vnde et angeli dicuntur orationes nr̄as semper offerre deo. non tanq̄ deum instruentes sed quid circa nos agendum sit ad eius veritatez ducentes. vnde preces nostre dicuntur exaudite quando celesti curie earū exauditio innotescit seu earum euentus futuris manifestatur. Et tantum in speciali.

Distin. xlvi.

Ed queritur de

Superius magister determinauit de remuneratõne et punitõne animarum ante iudicium et resurrectõem. Hic determinat de diuina iusticia et misericordia q̄bus predicta dispensantur. Et sententia huius distinctõnis in speciali stat in ista propositõne. In premiatõne damnatorum boni-

num τ angelorum iustitiam τ misericordiã sentiat creator eorum. Vnde magister insinuans querit. Utrum circa damnatos sit aliq̃ dei misericordia. Et arguit scḋm quosdam ꝙ nõ p plures autoritates. Postea obijcit p quasdam autoritates τ probat penas damnatorum nunq̃ esse finiendas. Postea soluit dicens ꝙ circa damnatos est aliqua dei misericordia in pene impositõe τ mitigatione non tamen penitus in absolutõne vel occulta peccatorum reuocatione. sicut contingit in presenti. Et ex hoc possunt solui autoritates in contrarium adducte que non omnino misericordiam dei a damnatis excludũt Addit etiam quid per occultum dei iudiciũ intelligatur. quandoq̃ enim intelligitur pena q aliquis vel exercitatur ad purgationem vel monetur ad conuersionem vel si contemnit excecatur ad damnatioñe. quandoq̃ em̃ intelligitur dei dispositio de omnibus rebus quandoq̃ vero finalis sententia que in futuro malos a bonis separabit. Postea q̃rit cuz dei misericordia τ iusticia idem sint qualiter quedam opera attribuuntur misericordie et alia iusticie. Et respondet ꝙ hoc est propter diuersitatem cõnotatorum vel diuersarum de deo conceptionum. propter quam etiam diuersitatem aliqua diuine bonitati attribuuntur alique misericordie. bonitas enim respicit gratuitam dei donationem. misericordia vero a malo liberatõem. Postea querit quomodo intelligendum sit ꝙ vniuerse vie domini sunt misericordia τ veritas. Et respõdet ꝙ hoc ideo dicitur qz cum sit duplex aduentus dei. vnus misericordiam alius iusticiam respicit. vel hoc pro tanto dicitur quia ad deum imus mala declinando per iusticiam bona opera faciendo per misericordiã τ sic vniuerse vie domini misericordia τ veritas quibus ad deum imus. Ultimo querit vtrum in omni tempore dei misericordia et veritas includantur. Et respõdet scḋm quosdam ꝙ non scḋm effectum. sed ꝙ in quibusdam sit tantum misericordia τ in quibusdã tantum iusticia. in quibusdam misericordia τ iusticia simul. Dicunt tamen in omni opere dei contineri ambo scḋm essentiam. qz vna τ eadem voluntas dei est iusticia τ misericordia. Alij vero dicunt ꝙ etiam scḋm effectum vel signum in omni opere dei concurrunt simul misericordia et iusticia. ita ꝙ nullum opus dei sit in quo non sit effectus vel signum equitatis τ misericordie siue occulte siue aperte. Et tantum in speciali.

Distin. xlvij.

Dlet etiaz que.

Postq̃ ostensum est de remuneratione τ punitione precedente iudicium generale. Hic vero determinat de ipso iudicio τ pertinentibus ad ipsum. Et tria facit. Primo enim agit de modo iudicij τ assessoribus. Secundo de angelis iudicandos ad iudicium congregãtibus. Tertio de demonibus damnatos punientibus. Primum vsq̃ ibi (Non autem solus xpūs) Secundum vsq̃ ibi (Et solet queri) Tertium vero vsq̃ ad finem distinctõnis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositõnibus. quarum prima est hec. In extremo iudicio vniuersitas perfectorum iudicabit collegium reproborum. Hanc magister insinuãs proponit primo ꝙ quidam ponunt iudiciuz non voce vel scriptura proferendum. quia apostolo dicit illud fieri in ictu oculi. Sed diuina virtute attestantibus conscientijs singulorum qua pena vl' quo premio digni sunt Alij vero contrarium ponunt τ verba premissa apostoli de resurrectõnis statu τ non de iudicio intelligunt. Postea dicit ꝙ nõ solum xpūs iudicabit sed vniuersitas perfectorum cum eo qui per duodecim sedes intelliguntur vt per duodecim tribus israel vniuersitas iudicandorum designatur. Iudicabũt autem sancti non solum cooperatõne sed etiam autoritate τ potestate. que tamen sit illa eorum potestas in iudicando anteq̃ videatur sciri non potest. nisi quis hoc diuina reuelatione didicerit. Postea dicit ꝙ quatuor erunt ordines in iudicio Alij vero iudicant τ pereunt. Alij vero iudicantur τ regnant. Alij vero iudicantur τ saluantur. Alij iudicantur τ sunt damnati sicut per exempla declarat. Secunda propositio est hec. Ministerio angelorum congregabuntur ad iudicium exercitus iudicandorum. Hanc magister ponens ostendit quid angeli faciant.

⁊ dicit ꝙ corũ ministerio congregabuntur omnes ad iudiciũ quorũ ministerio ignis conflagrationis precedit quo cõburetur facies vniuersi scʒ huius mũdi. et tantum ascendet quantum ascenderunt aque in diluuio. purgato aũt p ignẽ mũdo diuia ṽtute ⁊ ãgelorũ ministerio resurgent. boni vero ãgelorum ministerio rapientur obuiam xp̃o in aere. Reprobi vero in terra quã dilexerunt remanebunt. Postea sequitur iudicium districtuʒ ⁊ vltimum vltima sententia iudicis profertur qua prolata iusti ibunt ad vitam eternam. Mali vero angelorum ministerio virtute dei cooperante mittentur in infernum. Tertia propositio est hec. Reprobi dampnati post extremum iudiciũ punientur in inferno ministerio demonuʒ. Hanc magister ponens querit. Utrum homines post iudicium puniantur in inferno virtute demonum. Et respondet scd̃m Isid̃. ꝙ non, quia post iudicium cessabit omnis prelatio. Alij vero dicũt ꝙ qui fuerunt incensores in culpa erunt tortores in pena. Et tantum in sp̃ali,

Distin. xlviij.

Olet etiaʒ que.

Postq̃ꝙ ostensum est quomodo fiet iudicium generale quantuʒ ad modum iudicij ⁊ ministros iudicis. Hic agit doco quantum ad personam iudicis. Et tria facit. Primo cuʒ ostendit in qua forma xp̃s ad iudicium veniens apparebit. Secundo subdit locum vbi iudicabit. Tertio annectit quomodo corporibus celestibus post iudicium maiorem claritatem dabit. Primum vsq̃ʒ ibi (Putant quidam) Secundũ vsq̃ʒ ibi (Uenientes autem ad iudicium) Tertium vsq̃ʒ ad finem distinctõnis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionib⁹ quarum pͥma est hec. Christus apparens in forma humana iudicabit viuos ⁊ mortuos virtute diuina. Hanc magister insinuans ponit primo xp̃m scd̃m formaʒ hominis iudicaturuʒ esse. quia deitas a malis videri nõ potest. Postea dicit ꝙ iudicabit in forma hominis gloriosa in qua deus a bonis ⁊ a malis videbitur. Addit autem ꝙ iudicabit virtute diuinitatis. vnde qd̃ dicitur in Hiero. ꝙ pater dedit potestatem filio iudicium facere quia filius hominis est. non est tantum intelligendum ꝙ ex virtute humanitatis sit iudicaturus. vel ꝙ ipse solus sine patre ⁊ spiritusancto iudicium sit facturus. sed quia ipse solus in forma serui iudicãs a bonis ⁊ a malis videbitur. scd̃m quem etiam modum intelligendum est ꝙ pater non iudicabit quenq̃ꝙ sed omne iudicium dedit filio. Addit etiam ꝙ xp̃s apparebit terribilis impijs. iustis autem initis. Erit enim terror malis ⁊ lumẽ iustis. Postea declarat per simile quod dixerat. sicut enĩ scd̃m formam serui christus dicitur iudicaturus propter dictam causam ṽtute quidem diuinitatis. ita etiam virtute diuinitatis ⁊ non humanitatis resuscitabit mortuos. tamẽ scd̃m formam humanam sibi suscitatio mortuoruʒ attribuitur. quia in ea meritum ⁊ causam nostre resurrectõnis sicut ⁊ etiam redemptõnis accepit ⁊ passionẽ ⁊ resurrectõem. qd̃ autoritatibus confirmat

Secũda ꝑposito est hec. Ut dicit Johel ꝑpheta vallis iosaphat est locus extremi iudicij. Hanc magister ponit autoritate Johelis. ij. ca. vbi iohel dicit. Iudicabit xp̃us in valle iosaphat. quia in spacio illius aeris sedebit. vel quia ad litterã cum multis ibi disceptabit in iudicio. Ponit etiam effectum iudicis. quia eo veniente in fortitudine magna ⁊ potestate ad iudicium sol ⁊ luna dicuntur obscurari non ꝑpter sui luminis priuationẽ sed ꝑpter claritatẽ iudicis superuenientem. Dicuntur etiam virtutes celorum. i. angelorum moueri ex ãmiratõne visorum. non motu dampnatõnis nec perturbatõne pauoris. Postea dicit ꝙ ante diez iudicij ad litteram stelle obscurabuntur ⁊ eclipsim patientur. vt ostendit autoritate Johelis dicẽtis. Sol cõuertetur in tenebras ⁊ luna in sanguinem anteqũꝙ veniat dies magna domini ⁊ horribilis.

Tertia propositio est hec. Celi luminaria facta mundi innouatione erunt q̃ꝙ nunc sunt lucidiora. Hanc insinuans dicit. ꝙ post iudicium facta innouatione mundi huius luminaria maiorem claritatem recipient. qd̃ autoritate ysaie probat. Tertio videlicet erit lux lune sicut lux solis ⁊ lux solis septempliciter Si enim omnia propter peccatum hominis deteriorata sunt. ita post reparatõem eius omnia meliorabuntur. Et si que autoritates videntur dicere solem et lunam ces-

fare. intelligendũ est quantum ad motũ vel qꝫ beati eorũ lumine nõ indigebũt. Quis tamẽ tũc futurus sit vsus solis et lune dicit se igno rare: põt tamẽ dici ꝓbabiliter ꝙ erit in decore ꝛ pfectõem vniuersi ꝛ in manifestatõem laudis. Et tm̄ in ſpāli. Distin. xlix.

Post resurrectõẽ

Postꝙ ostēsum est de principalibus ad iudiciũ gñale. Hic iã cõsequẽter agit de finali remuneratõe bonoꝝ. Et circa hoc tria facit. Primo enĩ distinguit remunerandoꝝ scꝫ bonoꝝ ꝛ maloꝝ meritũ. Secũdo quidẽ subdit quõ omnibus inest beatitudinis desideriũ. Tertio etiam consequẽter an necꝫ nõ oēs equaliter habere beatitudinis premiũ. Primũ vsqꝫ ibi (Solet etiã queri) Secundũ vsqꝫ ibi (Sed sipar erit cunctoꝝ) Tertiũ vsqꝫ ad finẽ distinctõis. In ſpāli sententia mgr̄i stat in tribus ꝓpositõibus quarũ pma est hec. Ut ciuitas bonoꝝ post iudiciũ ꝯsummanda est in glĩa ita maloꝝ in miseria Hanc magister insinuans dicit post iudiciũ ciuitatẽ bonoꝝ cõsummandaꝫ esse in gratia, ciuitatẽ maloꝝ in pena. que tamẽ pena et gloria diuersimode a diuersis participabunt

Secũda ꝓpositio est hec. Cõstat omnem hominem naturalẽ petere beatitudinẽ. Hanc magister ponẽs querit. Quõ sit intelligendũ ꝙ oĩs appetit beatitudinẽ, cuꝫ non omẽs cognoscant beatitudinẽ. Unde quẽ quõ eaꝫ appetunt. Et videtur respondere magister. ꝙ omnes sciunt que sit beatitudinis ratio nesciunt tamen vbi talis ratõ inueniatur. Subdit ꝙ non sit vera beatitudinis ratio habere qd̄ delectat. ꝫ hr̄e qd̄ homo vult ꝛ nihil male velle. qd̄ autoritatibus ꝓbat. Querit postea. Utrũ inter bonos vnus alio in deo plura recognoscat. et respondet ꝙ nõ falte dẽptinentibus ad beatitudinẽ. sed in modo cognoscẽdi est differẽtia. Tertia ꝓpositõ est hec. In regno celoꝝ non est omnino equalis beatitudo electoꝝ. Hanc magister ponẽs querit. Utruꝫ differenter deũ videntiũ equale sit gaudiũ. Et respõdet scd̄m quosdã ꝙ sic non tamen erit beatitudo equalis que non solũ in gaudio sed etiã in cognitõne consistit scd̄m alios vero eq̄le est gaudiũ quo ad omnia de quibus gaudendũ est. nõ tamen quo ad modũ gaudẽdi. nec quo ad intentionem affectõnis gaudentiuꝫ. Postea dicit ꝙ sine dubio beatitudo sanctoꝝ post iudicium maior erit ꝙ ante. qꝛ maius est gaudium ꝛ perfectior erit cognitio. Et tm̄ in ſpāli. Di. l.

Hic oritur que.

Postꝙ mgr̄ determinauit de gloria bonoꝝ. Hic pseqñter declarat de pena maloꝝ. Et circa hoc facit. tria facit. Primo enim inquirit an dãnati habeant facultatem peccandi. Secũdo an scianteas que aguntur in hoc mundo. Tertio an sancti in celo videant dãnatorum penam in inferno. Primũ facit a pncipio distinctõis vsqꝫ ibi (Preterea queri solet) Secundũ ab inde vsqꝫ ibi (Postremo querit) Tertius vsqꝫ ad finem distinctõis. Et tantum in generali. In ſpāli sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarũ prima est hec. Mala voluntas dãnatoꝝ prout existit extra merendi statum est pena et nõ culpa nec peccatum Hanc magister insinuans querit primo vtrũ verum sit qd̄ dicit Augu. ꝙ in malis ꝛ dãnatis non est facultas peccandi. cum tamen continue habeant malã voluntatem. Et rñdet scd̄m quosdam ꝙ illa mala voluntas nõ est peccatũ sed pena. scd̄m alios vero est culpa sed per eam nihil demerentur, quia non sunt in statu demerendi. Magister aũt primam opinionẽ approbat. scꝫ ꝙ talis voluntas sit penaꝫ qꝛ sicut cedit bonis ad gloriam ꝙ nõ possunt habere malam voluntatem ita malis in penam ꝙ nõ possunt habere bonã voluntatem. Postea querit cur mali dicunt esse in tenebris exterioribus. Et respondet ꝙ hoc ideo dicitur. qꝛ penitus erũt a visione exclusi. tum propter maliciam voluntatis, tuꝫ propter obliuionem quam in eis causabit grauitas tormentorum. Ante iudicium tamen non tam profundas penas patientur sicut post iudicium. Secunda ꝓpositio est hec. Dãnati qui in inferno tormentum patiuntur non recognoscunt ea que in mundo aguntur. Hanc magister ponens querit. vtrꝫ dãnati cognoscunt ea que in mundo aguntur. Et respondet ꝙ non habent tamen curã aliquã de suis notis quando nõ vident eos secum in tormentis nec in gloria cum beatis Ubi etiam subdit ꝙ anime a corporibus separate in locis corporalibus possunt detineri ad penã. et ponit exemplũ de diuite dãnato. Qualiter aũt sint intelligẽda de diuite

et Maro dicit esse dubium ⁊ incertum. Tercia propositio est hec. Ante extremum iudicium beati in celo absq; compassione vident damnatos ⁊ eorum tormenta in inferno. Hanc magister insinuans querit, an illi qui sunt in inferno ⁊ qui sunt in gloria se vicissim et mutuo videant. Et respondet quod ante iudicium boni malos et mali bonos videbunt. Post iudicium vero tantum boni malos videbunt et non econuerso. Postea querit quomodo boni possunt videre damnatos absq; compassione. Et respondet quod hoc ideo est, quia voluntas eorum perfecta est ⁊ conformis diuine voluntati ⁊ iustitie. Postea querit vtrum ex hoc quod sancti vident penas damnatorum eorum gloria minuatur vel gaudium augeatur. Et respondet quod et hoc eorum gloria ⁊ gaudium augebitur, quod pluribus autoritatibus probat. Ultimo magister epylogat finem operi imponens ⁊ tangit ysaie visionem. vi. ca. qui dicit. Vidi dominum sedentem super solium excelsum ⁊ eleuatum ⁊ plena erat omnis terra. i. domus maiestate eius ⁊ ea que sub ipso erant replebant templum. seraphin stabant super illud. sex ale vni ⁊ sex ale alteri duabus velabant faciem eius ⁊ duabus velabant pedes eius ⁊ duabus volabant ⁊ clamabant alter ad alterum ⁊ dicebant. Sanctus sanctus sanctus dominus deus exercituum. plena est omnis terra gloria eius. que quidem visio a dyonisio sic exponitur. per sedentem in solio dicit designari ipsum deum. per solium excelsum: ipsam eminentiam diuine nature. per dominum superiores significantur excelsiores nature deo magis propinque que eius maiestatem plenius representant. per templum vero inferiores creature. scilicet corporales. que inferiori modo diuinam participant bonitatem. Duas autem sedentis super thronum facies ipsam diuinam essentiam significat, ⁊ ea que in eius eternitate fuerunt ante constitutionem mundi. Per pedes vero significantur ea que post finem mundi erunt in gloria beatorum ⁊ in penis damnatorum: per media vero que cursu medii temporis aguntur. Seraphin autem facies sedentis supra thronum ⁊ pedes eius velare dicuntur. quia misterium eterne diuinitatis ⁊ future beatitudinis ⁊ miserie ad plenum non reuelant. sed duabus alis volabant: quia de hijs que medio tempore aguntur nos quantum opus est misterio angelorum instruunt. inter quos seraphin primatum tenent. Eorumq; volatus per processum reuelationis eorum in nos demonstrant. Sic igitur magister breuiter ⁊ subtiliter epilogat specialiter quantum ad vltimam partem huius quarti libri. dicens sibi sufficere commemorasse predicta de pedibus sedentis manentis in maiestate trinitatis super solium excelsum. i. de hijs que fiunt in tempore iudicij quos pedes seraphin duabus alis velabant ⁊ eorum misterio non sunt ad plenum reuelata. Secundo epilogat generaliter quantum ad totius libri processum dicens. quia ipse exorsus ⁊ incipiens a facie sedentis super solium excelsum. i. ab ipsa deitate trinitatis de qua in primo libro egit procedit per media que de duratione mundi aguntur. que sunt creature ⁊ peccata de quibus egit in secundo Reparatio ⁊ virtutes de quibus egit in tertio libro. ⁊ ecclesiastica sacramenta de quibus egit in prima parte huius quarti libri. duce xpo qui est via perueniendi vsq; ad pedes. i. vsq; ad ea que in fine mundi ⁊ etiam que post mundum aguntur. sicut resurrectio corporum. punitio damnatorum: ⁊ gloria bonorum que in dilectione ⁊ cognitione dei consistit. vt sic a deo incipiens eius doctrina terminetur in deo. qui est causa a qua omnia: ⁊ finis ad quem omnia ordinantur. Cui est honor ⁊ gloria decus ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

Conclusiones sententiarum Henrici gorickem sacre Theologie doctoris, finiunt feliciter.